

h. 89. 2.

X 2346 498

Yc  
4945

DISSERTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA  
DE  
SUCCESSIONE CONJUGUM  
LIPSIENSIIUM

QUAM  
ILLUSTRI  
JURE CONSULTORUM ORDINE  
CONSENTIENTE  
IN ACADEMIA PATRIA

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

AD  
CONSEQUENDOS DOCTORIS  
IN UTROQUE  
JURE HONORES

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
GODOFREDUS LEONHARDUS  
JÖCHER

LIPS.

D. XII. APRIL. MDCCXXXI.

LIPSIÆ  
TYPIS GEORGII SAALBACHII.

25.





1.1.18

DISERTAIO IN AURIBUS

DE

SUCCESSIONE CONTRACTUALI

HEREDITARIA

IN

JURE CONTRACTUALI ORDINE

IN ACADEMIA

CONFERENTIA DOCTORIS

IN

JURE HONORIS

IN ACADEMIA

GODFRIDUS TONNARDUS

DOCTOR

IN ACADEMIA







DISSERTATIO JURIDICA  
DE  
SUCCESSIONE CONJUGUM  
LIPSIENSIIUM.<sup>(a)</sup>

(a) Cum materiam successionis conjugum Lipsiensium quotidie in foris occurrere, aut à nemine hactenus seorsim pertractatam deprehenderim; judicavi fore, ut argumentum istud exponendo, rem inutilem & ab aliis jam actam non sim acturus. Quanquam enim Carpzovius ad Constit. Elect. Sax. & in Jurisprud. Confistor. itemque Dominus Luder Mencke in Theor. & Praxi Pandect. illustris Dominus de Berger in Oecon. jur. Titius in Jurispr. privat. & Barthius in Tr. de Gerada, successionis istius inter alia quoque meminerint; ea tamen quæ illi hac de re habent, dispersa nimis abbrevia sunt, & successionem nostram nequiquam absolvunt. Qua de causa, & lectione diversarum Dissertationum, quibus materia de successione conjugum prout in multis locis obrinet, explicata fuit, & in primis lectione Dissertat. quam de successione Vidui Viduæque Hallensi Dominus Gebhard Christ. Bastineller docte conscripsit, instinctus, hanc de successione conjugum Lipsi. materiam selegi, mihi que pro virium tenuitate pertractandam sumsi.



## §. 1.

*Conjug. success.  
definit. & di-  
vis.*

**C**onjugum Successio (a) jus est legitimis conjugibus competens, bona defuncti conjugis post ejus mortem consequendi. *arg. L. 24. de V. S. & l. 62. de R. I.* Quod jus cum vel pactis privatorum, vel legibus publicis; vel pro lubitu cujusvis varie quandoque determinetur, abit in pactitium (b), testamentarium (c) vel legitimum (d). Missis vero duobus prioribus a scopo nostro fere alienis, ultimum tanquam finem instituti primarium paulo accuratius contemplantur: jure illo succedendi legitimo in plenum & minus plenum (e), quod quidem vel ex jure communi vel Germanico vel statutorio oritur (f), subdiviso. Quamquam vero posterius quaestioni nostrae cum primis inservit: non tamen adeo separatim tractari potest, ut non hinc & inde a jure statutorio ad Germanicum, & ab hoc ad commune, pro horum jurium subordinatione (g) provocare cogamur.

*Successionis  
significatus.*

(a) Alia est in universonum jus successio; alia quae fit in rem singularem *l. ult. ff. de except. rei vendit. l. 19. §. deinde ff. de edil. edic. l. 7. & l. 8. ff. de jure jur.* Hinc cum vox successorum non solum eos, qui in universa bona, sed & eos, qui in rei dominium succedunt, designet *l. 24. §. 1. ff. de damn. infect.* in locumque successisse accipiamus, sive per universitatem, sive in rem successerint. *l. 1. §. in locum ff. quod. legator.*, certum est, illud quod conjuges ex bonis praemortui capiunt, lucrum, nisi hereditatis, successionis tamen nomine recte insigniri,

*de pactitia suc-  
cession.*

(b) Inter pacta successoria quibus hodie utimur, & Pacta dotalia, quorum mentio fit in *tit. ff. de Pact. dotal.* diversa plane est ratio. Haec enim communiter de dote tantum ac donatione propter nuptias lucranda inibantur. *l. un. §. 6. de R. V. A. l. 9. C. de pact. conv.* nostra hodierna vero ex consuetudine Germaniae de successione etiam valere *Kobl. de Pact. dotal. P. 2. n. 71.* & quidem omnium bonorum *Id. P. 1. n. 72. & Stryck. de success. ab int. Diff. 8. c. 5. §. 15.* testantur, ita quidem, ut etiam apud



apud nos nec jus civile, nec Saxonicum commune, nec Electoralae illis extantibus attendantur. *Constit. el. 19. verb.*: So soll alsdenn den überlebenden das folgen, was die Ehestiftung, Statut, ihm giebet, & *constit. 20. 22. 37. P. 3.* Fiunt vero ejusmodi pacta quibusdam requisitis observatis, bifariam: aut in modum contractus, aut in vim ultimæ voluntatis *per Constit. el. 43. P. 2. verb.* Nachdem die Ehestiftungen, contracte seyn. In dubio tamen simplicia, non mixta esse ex mente *Bergeri Oec. jur. L. 1. T. 3. §. 11. & additament. ad hunc §.* præsumuntur: quamvis coram 5. testibus sint inita, & in eisdem verba: erblich haben, contineantur. Neutiquam vero conjux, ex læsione ultra dimidium ob incertum eventum ista rescindere, aut portionem in Pactis istis sibi relictam, repudiare & ad statutariam portionem redire potest. *Carpz. Def. 1. & 3. ad Constit. 20. P. 3.*

(c) Donationes quidem inter conjuges l. 1. seq. ff. de donat. inter de success. te-  
vir. & ux. prohibentur simplices, nullibi vero illa, quæ fiunt *stam,*  
mortis causa, vel per testamentum. Conjugato enim compe-  
tere testamenti factionem, nemo forsan, inquit *Kobl ad Con-*  
*stit. Marchic. Quest. 11. §. 1.* dubitabit, quod liquet quoque ex  
l. 5. C. de hered. inst. l. 35. l. 41, §. 1. de legat. 2. & *Auten. Præ-*  
*terea C. unde vir & uxor & arg. constit. allegat. Sax. 7. P. 3.*  
dummodo illis, quibus debetur, salva remaneat legitima. l. 30.  
& 32. C. de inoff. test. quibus suffragatur *Constit. el. Sax. 12. P. 3.*  
*verb. die gebührende legitima gegeben.*

(d) Jus succedendi legitimum proprie dicitur, quod ab intestato *de succ. legitim.*  
defertur, quoniam id lex ipsa absque facto hominis defert,  
Quanquam enim jus quod ex testamento descendit, etiam le-  
gitimi nomine veniat; hoc tamen sensu latiore saltem ita di-  
citur. *Calvin. Lex. Jur. sub voce legitima hereditas, & Stryck,*  
*de success. ab int. Diss. 1. c. 1. §. 6. & 17.*

(e) Plenum est quando conjux superstes in casu deficientium alio- *de Plena & mi-*  
rum heredum in universa conjugis præmortui bona ex edicto *nus ple.*  
Prætoris unde vir & uxor succedit. l. 62. ff. de R. J. & tunc est  
heres honorarius; minus plenum quando conjux quidem  
non in universa defuncti conjugis bona succedit, partem tam-



men hereditatis legibus assignatam, lucratur; & tunc quidem non est heres verus, sed pro herede in re certa instituto, qui ipsi legatariorum loco sunt *L. 13. C. de hered. institu.*, ut mihi videtur, habendus est, *v. infra §. 5. lit. a.*

*quid per jus  
commun. Ger-  
man. Et statut.  
intelligatur?*

(f) Per jus commune intelligimus jus Romanum. Hoc enim per excellentiam ita dicitur. *v. Calvini Lex. Jur. sub voce: jus Quiritium*; per Jus Germanicum vero, saltem partem ejusdem, nempe Jus Saxon. commune; & per Jus statutarium, tam provinciale Saxon. Electorale, quam municipale nostrum Lipsiense, pro ratione circumstantiarum indicamus.

*De horum jur.  
subordinat.*

(g) Est enim ea status nostri Regni Germanici, ubi quot provinciæ, quot civitates, quot pagi, tot etiam jura ferme diversa, quæ, si casum non decident, ejus determinationem ex altero per subordinationem desiderant; ratio plane singularis: ita quidem ut in dirimendis controversiis decisionem à legibus istis ordine dicto, in suo expectare debeamus: quod & nobis, cum omnis conjugum successionis materia statutis nostris Lipsiensibus non absolvatur, sed jamjam præscripto legibus Saxon. ordini quædam tantum addantur, vel immutentur, observandum omnino erit.

## §. II.

*De Success.  
Conjug. ex ju-  
re communi.*

Quæ quum ita sint, nobis ante omnia in id, quod diversis his juribus circa successionem conjugum ubique juris sit, inquirendum, & quidem a successione quæ secundum jus Justinianicum obtinet tanquam commune, ad quod dum cetera silent, ut ad fontem itur, incipiendum erit. Quod dum molimur, observamus, jure antiquo Romano, quo sui, agnati & cognati tantum Legibus XII. Tabul. ad hereditatem ab intestato vocabantur, conjugum nullam plane factam mentionem, sed illos ab omni sibi invicem succedendi jure exclusos fuisse per *Tit. 1. & sqq. L. 3. Inst.* (a) donec Prætores paulatim asperitatem juris civilis corrigentes, sive quod deerat implentes, humano proposito alium ordinem addiderunt, & his quoque bonorum possessionem polliciti sunt, quæ *unde vir & uxor* appellatur; qua conjuges legitimi defici-



cientibus liberis, agnatis & cognatis in integram hereditatem conjugum, quorum matrimonium ad tempus mortis (b) usque duravit, jus succedendi ad excludendum (c) fiscum consecuti sunt, *L. un. pr. & §. 1. ff. unde vir & uxor L. un. C. d. t.* Quam successionem prætoriam non solum Imperator Theodos. & Valentinianus in *d. l. un. C. unde vir & uxor.* confirmarunt, sed & Imper. Justinianus aliam successionis conjugum speciem super introduxit, utrisque marito (d) & uxori, si una pars inops (e) altera vero locuples sit, quartam adjudicando *Nov. 53. C. 6.* & quidem hac ratione: ut, si concurrant liberi vel ejusdem vel diversi matrimonii, tres vel pauciores, conjux usumfructum quartæ partis capiat. *Nov. 117. C. 5. & aut. Præterea C. unde vir & uxor:* quatuor vero vel pluribus viventibus, conjux virilis partis eius Rindes Theil usumfructum consequatur, proprietate liberis conservata; si vero ascendentes vel collaterales adsint, conjux quartam hereditatis partem pleno jure, i. e. usufructu & proprietate *d. Nov. 117. c. 5. & d. Aut. Præterea* acquirat (f).

(a) Ex primis quidem Romuli legibus foeminas, quas Romani triplicis generis habuisse dicuntur, viris vel ex asse, vel ex æqua portione, vel plane non successisse, antiquitatum Romanarum scriptores asserunt: illas nempe, quæ per confarreationem, vel per cõemptionem, in manus mariti venire, viris vel ex asse, vel ex æqua portione; eas vero quæ usucaptæ, & post annum nemum, si per tres noctes non interrupta possessio, in manus mariti venire, non successisse, & uxoris bona virum pariter peculii quodam jure occupasse: quorum scriptorum meminit *Stryck. de succ. ab intest. Diss. 4. C. I. §. 1. 2.* & ex illo materiam istam fufius tractat, *Teucher in elegant. Dissert. de succ. conjug. ab Intest. C. I. sub Præsidio Dn. Henr. Lincken Aldorf. hab.* Ast quicquid eorum sit, sive mulierum successionem Lex Voconia, cujus *pr. Inst. de lege falcid.* mentionem facit, & cujus summam, ne quis census mulierem ultra quadrantem hereditatis relinqueret heredem, fuissè, ex *Brisonio dicit Calvinus in Lexic. jur. sub voce: Voconia lex, sive Lex Julia Miscella,* de qua

*De success. foem. apud Rom. antiqua.*



qua agit *Tir. 40. Cod. L. 6. & Nov. 22. c. 43. vid. Hoffmann. Hist. Jur. pag. 57. & 61.* abrogaverit, sive coemendi ac confarreandi modus sensim vilescere coeperit, ita ut uxores omnes quoad successionem aequales factae, ipsisque perinde ut maritis ea denegata fuerit; istam succedendi rationem in conjugibus, mediam jurisprudentiam imminuisse ac penitus neglexisse, certo constat. Mortuo enim Patrefamilias, non extante suo, ex LL. XII. Tab. statim agnatus proximus vocabatur, *Inst. de legit. agnat. succ.* uxorem vero sub illis contentam nullibi reperimus. Ideoque Praetor postmodum non tertiae tantum uxorum speciei, per edictum succurrit, sed omnes conjuges, sine distinctione ad successionem vocavit, qui tamen si certis casibus tunc temporis fuissent admissi, sine dubio hoc expressisset, ut recte omnino concludit *Stryck. l. c. §. 3.*

*An despons.  
succedant?*

(b) Unde sequitur, non sponsum nec sponsam, etiam de praesenti, ad successionem istam admitti posse: Quicquid etiam *Kohl. de Succ. Conjug. P. I. n. 10. & 17. 18. Struv. ad Matth. de success. ab Int. C. 15. Aph. I. Berger. Oecon. Jur. L. 2. Tit. 4. §. 42. N. 2.* aliique in contrarium proferant. Ipsi enim fontes expresse loquuntur de conjugue, quae praemorienti cohabitavit foedere matrimoniali. *Verbis: Nov. 53. C. 6. videmus autem & c. licet mulieres, Nov. 117. C. 5. Si quis indotatam uxorem per affectum acceperit, & usque ad mortem cum ea vivens praemoriatur.* Quae verba ad desponsatos accommodari non possunt. Consentit nobiscum *Carpzov. Defin. 1. ad Const. El. 19. P. 3.* ubi opinionem istam vel ex eo refutat, quod maritus dotem lucretur, propter onera matrimonii. *l. 20. c. de jure dot.* quae tamen ante copulam & traductionem non sustinet, citraque eam nullum aut matrimonium sit, aut intelligi possit, unde etiam sub conditione nuptiarum promissum, non debeat, nisi accesserit ipsa nuptiarum festivitas. *L. 24. C. de nupt.*

*De success.  
collat.*

(c) Hinc cum successio ista tantum ad excludendum fiscum introducta sit, apparet, collaterales etsi longissimi gradus, praec conjugibus admittendos esse. Quanquam enim *Carpzov. def. 31. ad Const. Elect. 18. P. 3. & Kohl. P. 1. n. 9. de success. conjug. contra sentiant, & hic cum agnati cognative, inquit, ultra de-*  
*cimum*



cimum gradum existentes, non sint successionis capaces, perinde sit, ac si non extarent, sive agnati cognative non essent, quia paria sunt, non esse & inutiliter esse, collaterale tamen credo successionem tum per Nov. 118. C. 3. §. 1. tum per §. 3. Inst. de legit. agnat. success. sibi vindicare locum in infinitum. Nec obstat §. final. Inst. de Succ. cognat. ubi, etsi decimo gradu sint, dicitur. Verba enim ibidem non dispositive, sed exempli loco tantum ponuntur, & inde tam §. 3. Inst. de agnat. succ. quam Nov. 118. ubi agnatos omnes etiam longissimo gradu admitti legimus, recipiunt interpretationem. vid. Stryck. l. c. §. 6. & Dn. Eriesii nostri diff. d. b. p. unde vir & uxor. §. 22.

- (d) Doctorum quidem per plures de eo dubitarunt, an hoc privilegium etiam ad maritum extendi queat? cum Imperator in Authent. nihil de marito expresse constituat, & jus novum strictè accipiendum sit. Nihilominus tamen hoc jus & illi concedendum videtur, ob reciproca successorum jura l. 2. c. commun. de success. & quod ipse Imp. manifestis verbis hanc successionem ad maritum extendat in Nov. 53. c. fin. §. 2. Nec obstat Nov. 117. si inter quartam in casu repudii, & inopie distinxerimus. Tunc enim apparebit in novella 117. non Nov. 53. ex qua Authent. Præterea, ut ex inscriptione concludimus desumpta, & hinc ex ea suam patietur interpretationem, sed Novellam 22. c. 18. intelligendam esse. Quibus rationibus etiam Kobl. de succ. Conjug. P. 2. n. 70. Struv. de success. ab intest. c. 15. Aphor. 3. Stryk. de succ. ab intest. D. 4. c. 1. §. 42. & Dn. Berger in diff. de legit. mariti c. 2. tb. 2. seqq. commoti hoc marito beneficium adscribunt.
- (e) Disceptant etiam Doctores inter se de eo, quæ conjux pauper sit dicenda? ubi Struv. d. l. §. 5. eam inopem censet, cujus bona non æquant quartam partem bonorum defuncti, quæque conjuge moriente pauper est, etsi illi sint divites parentes. Kobl. d. l. P. 2. n. 39. putat inopiam attenta conditione & qualitate personarum æstimandam, nec levem & modicam inopiam sufficere: Quibuscum & Stryk. d. l. facit. Omnes tamen inopiam istam arbitrio judicis terminandam esse uno ore consentiunt, quibus & nos merito subscribimus.
- (f) Hæc quidem ita se habent, si matrimonium sine dote sit. Quod si vero fuerit dotatum, uxor dote debet esse contenta. Richter de dotato succ.



*succ. ab int. Sect. 4. Membr. 1. & constitutam repetit conditione certi ex stipulatu §. 29. J. de action. paraphernalia vero quia maritus in illis tantum habet administrationem, l. 8. C. de pact. convent. l. ult. C. eod., & receptitia pleno jure pertinent ad uxorem. l. 2. & 21. C. de procurat. Dotem enim si habuerit, quod inopia laboraret dici nequit; cessante itaque succedendi ratione, ipsa successio cesset, necessarium est. Necessarium tamen est, ut dos tanta sit, unde se exhibere possit uxor. Hinc si modica dos fuerit, nihilominus hanc successionem debere putamus, inquit Stryck. d. l. §. 22.*

## §. III.

*De success. conjug. ex jure Germ.*

Ad alteram vero, quod attinet successionem, ex jure nempe Germanico; per illud nos partem tantum ejusdem, Jus Sax. commune, prout in **Landrecht, Weichbild, & Lehnrecht**, continetur, intelligere ex supra ad §. 1. dictis jam liquet. Defert vero jus istud tam marito, quam uxori successionem omnimodam, omnibus agnatis & cognatis deficientibus, ad fiscum excludendum. (a) Quo casu excepto, alias illo jure alia est uxorum, alia maritorum successio. Quantum ad hos, illos omnia uxorum mobilia, (b) nulla plane inter divites & inopes, plebejos & nobiles distinctione, (c) lucrari constat, ita tamen, ut liberis pariter ac parentibus salva maneat ubique legitima: (d) adeo quidem ut si uxor vel nulla penitus vel modica saltem quæ ad legitimam non sufficiant, reliquerit immobilia; maritus utroque casu illam ex mobilibus vel supplere vel exsolvere teneatur. Ad immobilium enim successionem regulariter non vocatur (e). Non solum vero illis, quibus debetur, salva esse debet legitima; sed insuper etiam cognatæ, si pauca excipias, omnis gerada. (f) Quantum vero ad uxores spectat, aliud jus in viduæ nobilis, aliud in ignobilis successione obtinet. Siquidem hæc ad ductum juris civilis succedit, ita ut eidem ex bonis mariti quarta pars, si scilicet liberi tres vel pauciores, sin plures, portio virilis, si vero nulli, sed tantum collaterales existant, quarta pars pleno jure debeatur; diviti vero dos cum Paraphernalibus & receptitiis iterum ut §. antecedente dictum, cedat



daracpermaneat. Cum enim nullibi in universo jure Sax. aliud fancitum invenimus, cur non etiam juris civilis in foro Saxon. stabimus dispositione (g). Illa vero nobilis viri relicta vidua, Geradam tam in genere, quam Nobilium in specie sic dictam, Dotalium, comestibilia & Morgengabam, (h) ex mariti hereditate præcipit.

- (a) *Per Artic. 58. Des Weichbildes verb.* Stirbt ein Fraw on erben, *De succ. Com.* da sie keinen Erben gewonnen hat mit ihren Mann, sie erbet ihr *jug. ad excl.* Theil auf ihren nächsten magen, es sey Weib oder Mann, die ihr *Fisc.* ebenbürtig sind, hat sie der nicht, sie erbet es auf ihren Mann, dasselb thut der Mann mit seinem Theil auch *rr.*
- (b) *Libr. I. Art. 31. pr.* Stirbt aber das Weib bey des Mannes Leben *Heres mobi-* *2c. & l. 3. art. 76. des landrechts verb.* Stirbet dann das Weib, *liaris,* der Mann behält alle des Weibes fahrende Habe. *& artic. 22.* Weichbild *§. 15.* Stirbt die Frau darnach, der Mann behält alles des Weibes Recht in der Frauen Hab, das die Frauen angehören mögt, von Rechts wegen.
- (c) *Leges enim dictæ, quæ maritum Saxonicum ad successionem mobili- Absque di-* *bilium uxoris defunctæ admittunt, generaliter & indifferenter stinç. inter di-* *loquuntur: hinc nec nobis, inprimis cum verba generalia gene- vit. & inop.* *raliter quoque intelligi & accipi debent l. præses 3. ff. in fin. de of- fic. præsid. l. 1. §. generaliter 1. ff. de legat. præst. lege non distin- guente, distinguendum aut a generali ista constitutione recedendum est.*
- (d) *Quamquam enim legitimæ quantitas à jure civili inventa sit, Legitima.* *certum tamen est, legitimam ipsam quatenus alimenta comple-* *ctitur, juris naturæ esse, arg. l. 7. ff. §. ult. si tabul. testam. nulla ex-* *tabunt l. 7. ff. de bon. damnat. l. scimus 36. §. 2. & Autent. C. de in-* *offic. test. Quod attestatur Gronius l. 2. Cap. 7. n. 3. & Puffendorff.* *in jure Natur. & Gent. l. 4. c. 11. §. 4.*
- (e) *Land. Recht l. 1. art. 27. verb.* Ein jegl. Weib erbet zweyerley *2c. Heigius &* *& art. 76. l. 3.* Stirbt dann das Weib, der Mann behält alle des *Carpz. ratio-* *Weibes fahrende Habe, das Gebau aber, da die Frau inne war, ne succ. im-* *und die Gerade behält er nicht. Quæ vero hujus instituti ratio mobil. refut at* *fuerit, certo non constat. Quamquam enim Heigius Pa. qu. 8. n. 66.*



seqq. & Carpz. def. 22. ad Constit. El. 23. rationem Jur. Sax. sic disponentis sibi invenisse videantur eam, quod mulieres olim ex antiquis Sax. legibus, bona immobilia non possederint, nec in iisdem parentibus successerint, quod per l. 1. art. 17. Landr. probare volunt; in veritatem tamen theos istius accuratius inquirendo, eam non adeo firmo pede stare, nec probanda probare invenimus. Nam etsi dic. Loc. dicatur: **Erbe nimmt der Sohn und nicht die Tochter;** statim tamen subsequitur: es sey denn, daß da kein Sohn sey, so nimmt es die Tochter. & porro art. 5. l. 1. Landr. verb. Dieses mag den Tochter Kindern nicht geschehen, daß sie gleichen Theil nehmen mit der Tochter in des Ester Water Erbe. ex quibus satis apparet, fœminas neququam ab omni parentum hereditate, multominus vero ab acquisitione immobilium exclusas, sed illis potius certum succedendi ordinem præscriptum, qui quando extiterit, ad hereditatem admittas fuisse: Ut taceamus omnia hæc, quæ de exheredatione fœminarum jam dicta sunt, non de omnibus indistincte mulieribus, sed tantum de Suevorum fœminis asseri videri per art. 17. Landr. l. 1. vers. **Der Schwaben Weiber sind von Alters her alle erblos gemacht, durch ihrer Vorfahren Mißthat willen, da sie mit den Schwaben aus dem Lande zogen,** & per gloss. ad hunc art. Col. 4. Darum wo man in den alten Büchern findet, daß die Weiber erblos seyn, ist solches allein von der Schwaben Weibern zu verstehen. Denn die sind alleine erblos und keine andere re. it. ad. art. 18. Col. 1. & art. 5. l. 1. Landr. Col. 3. ubi addit rationem: **Weshes daher kommen ist, daß die Schwaben der Sachsen Weiber beschaffen gehabt, und derhalben sie an den Kindern des Saamens ungewiß gewesen, darum haben sie dieselben von allen Erbe ausgeschlossen,** Cuj opinioni & Dn. Bergerum in diss. de legim. mariti c. 3. additum esse vidimus, qui & illam aliis argumentis tuetur.

Gerada.

(f) Artic. 23. **Weichbild verbis expressis dispositum:** **Stirbt einen Mann sein Weib, ihr nechste Mißtel nimmt die Gerade, sie soll aber den Mann sein Bette berichten, als es stund, da sein Weib noch lebete, und eine Banck mit einem Pfühlen, und sein Tisch mit einem Tischlag, und einen Handruch, und seinen Stuhl mit einem Küssen junct. l. 3. Landr. art. 38. & l. 1. art. 24. 27. & porro:**



porro: Das Weib vererbet ihr Erbe an den nechsten Magen, und ihre Gerade an die nechste Niffel. *Lehn. C. 56. in gloss. n. 6.*

(g) Quanquam enim dissentiat, & notandum esse dicat, quod de jure Saxon. portio conjugii debita indistincte competat pleno jure, i. e. quoad proprietatem & usumfr. *Coppen. P. 1. Deciss. 57. n. 11.*

*An quarta pars pleno jure competat?*

ubi diversa Dicasteria ita pronunciasse refert, *Secl. 4. M. 1. n. 12.*

*Richter. de succ. ab intest. veritati tamen magis accedere putamus glossam fin. in art. 36. n. 13. l. 2. Landr. verb.* Ich frage hie auch, nach welchen Rechte sich die Sachsen halten sollen in den Sachen, welche in ihren Privilegio nicht enthalten worden? Suoque loco relinquimus quantum insit ponderis sententiæ in *gl. artic. 22.*

des Weichbildes, quæ si vacuis scilicet manibus conjuges convenierint, Wenn Eheleute von rauher Wurzel zusammen kommen, mulierque inops pauperi viro nupserit, ambo conjuges vero durante matrimonio amplas facultates simul acquisiverint, viduæ ex defuncti mariti bonis tertiam partem cum gerada deberi contendit: Cui quoque *Heigium P. 1. qu. 29. & Carpzov. in Def. 9. ad Constit. El. 25. & Def. 18. ad Const. 20. P. 3.* neutiquam assentiri reprehendimus.

*De conjugibus von rauher Wurzel.*

(h) Quod apparet ex verbis *art. 24. l. 1. Landr.* Nachdem Hergereth soll das Weib nehmen ihr Morgengabe, da gehören zu alle Feld, Pferde, Rinder &c. gemeste Schweine aber gehören zu dem Mustheil und alle Hof-Speise in ieglichen Hoff ihres Mannes. So nimmt sie auch alles das zur Gerade gehöret, das sind alle Schafe, Gense &c. Kasten &c. *& art. 22. l. 1.* Nach diesen muß die Frau mit dem Erben mustheilen alle Hoff-Speise. *& art. 76. l. 3. Landr.*

*De success. viduæ Nobilis*

So nimmt die Frau ihre Morgengab, Gerade, und Mustheil an alle dem Guth. *& ibidem art. 75.* nach seinen Todte ist dann erst daran ihr recht lehn zu ihrer Leibzucht. *& gl. in lehn. art. 57. §.*

ihir sollet auch wissen. Quorum singulorum jurium naturam jam perferutari nostri instituti ratio non patitur.

§. IV.

Vocat nos ordo ad juris statuarii contemplationem. Quemadmodum vero, ut supra dictum, sub illo tam Jus Electoral. Saxon. quam municipale nostrum Lipsiense comprehendimus: ita & eorum jurium in quibusdam discrepantia

*De success. conjug. ex jure Statut. Saxon. Elect.*



ut de singulis seorsim agamus, nos monet ac jubet. Maritorum itaque successio ex jure nostro Electorali, per omnium cum ista, quæ ex jure Saxon. communi datur, adeo convenit, ut etiam maritus omnem defunctæ uxoris hæreditatem mobilium (a) nulla penitus inter nobiles & plebejos, pauperes divitesque (b) distinctione observata, nanciscatur. Quod tamen cum limitatione iterum & ita accipiendum, ut liberis æque ac Parentibus salva sit Legitima, & gerada cognatæ. (c) Convenit etiam uxorum nobilium successio ex jure nostro Electorali cum illa juris comm. Sax.; plus tamen defert illa, tribuendo ejusmodi viduis, optionem, an relictis dotalitii, Morgengabæ, & Comestibulum juribus, ad instar viduæ plebejæ succedere & Portionem, his Constitutione Electorali determinatam, petere velint. (d) Quod ad uxorem vero ignobilem attinet, juris Sax. commun. successio, à nostra in totum discrepat Electorali. In Electoratu enim uxori non nobili, si liberi extant, quarta; si non adsunt, tertia omnium bonorum, collatis tamen omnibus suis propriis, etiam utensilibus (e) bonis, sic debetur, ut illi vel tertiam aut quartam bonorum mariti accipere, vel si malit, illata repetere, omnino liberum sit. (f) Unde satis liquet, ceteris conjugum successioneibus, pinguiorem multum esse nostram juris Electoralis.

*Mariti successio in mobilibus.*

(a) Tum ex rationibus supra §. 3. lit. b. adductis, tum per *Const. Elect. 22. P. 3. verb.* so soll solches Geschenk, weil dem Manne nach Sachsen Recht die Zahnriff gebühret, demselbigen alleine bleiben.

*Sine distinct. Person.*

(b) Partim ex ratione, quod maritus in Sax. El. succedat ut alius vir jure Saxon. communi, de quo quod nulla ibidem fiat distinctio, supra §. 3. lit. c. diximus; partim quod jure Elector. id clarius sancitum videatur *Const. 22. P. 3. verb.* unter Adels. Personen und unter Bürgern.

*De Legit. & Gerada.*

(c) Ea enim, quæ §. 3. lit. d. & f. affirmavimus, in Electoratu etiam obtinere, quis inficias ibit? quod quantum ad legitimam defuncti parentibus exsolvendam *Const. El. 12, P. 3. verb.* Wenn der verstorbene



storbene Ehegatte nach sich Vater oder Mutter am Leben verliesse, so soll die *Legitima* oder der dritte Theil des verstorbenen Kindes Verlassenschaft den Eltern folgen und zu erkannt werden. æque ac de Gerada verbis expressis *Const. Elect. 22. P. 3. dispositum fuit*, Wären aber Stücke darunter so zu der Gerade gehörig, dieselbige sollen den Töchtern, da die vorhanden, oder da die nicht vorhanden, der nächsten Nissel, von dem Manne verreichet werden.

(d) Da irgend eine Frau von Ritters Art etwas von Erbe nimmt, so kan Sie Gerade, Muscheil, Morgengabe und Leibgedinge nicht haben, iedoch stehet ihr frey, sich des Erbes zu begeben und ihrer Fräulichen Berechtigkeit zu gebrauchen. *Const. Elect. 37. P. 3. Ibi- que Carpz. Def. 3. § 6.*

*Optio compe- tit vidue nobi-*

(e) *Const. El. 20. P. 3. verb.* Alle ihre Güter, zusammt der Gerade, in die gemeine Theilung zu bringen schuldig seyn. *Quod non tantum ad bona utensilia, quæ durante matrimonio conjugibus communia fuere, & utriusque utilitati servivere, sed & ad proprium viduæ mundum, vestes, aliaque, quæ ad geradam pertinent, & uxor in suo dominio & custodia servavit, extendendum esse docet Carpz. ibid. Def. 27.*

*Uxor confert geradam.*

(f) *Dictu Const. 20. in fine.* Jedoch soll der Frauen in allewegen frey stehen, ob sie zu ihren eingebrachten Guthe, oder nach Gelegenheit der Fälle zu dem vierten oder dritten Theil greiffen will. *Nec attenditur, an maritus liberos prioris vel posterioris matrimonii reliquerit, verb. es hätte der verstorbene Mann Kinder oder nicht. Quod tamen ubi statutis viduæ portio certa assignata est, neutiquam obtinere inde scimus, quod Serenissimus Elector Christianus II. viduæ eo casu optionem ademerit, & peculiari Rescripto, quod vide sis in Codice August. Vol. 1. p. 168. eam ad Portionem, quam ipsi statutum locale largitum est, adtrinxit.*

*Viduæ vel portio- nem statut. accip. vel illa- ta repet.*

### §. V.

(a) Perlustratis itaque conjugum successionibus, quæ dantur tam ex jure Justinianeo, quam Saxonico communi & Electorali, propius ad scopum accedimus, quomodo & quando ex jure nostro statuario municipali vir uxori, viduæque marito sibi invicem, etiam hic Lipsiæ succedant, disqui-

*De success. con- jug. ex jure statut. Muni- cip. Lips.*



disquisituri. (a) Ordinum vero ab illo, qui familiae caput est, marito scilicet. Eum vero & Lipsiæ heredem (b) uxoris suæ defunctæ mobiliarem esse, ideoque omnes post ejus mortem res quæ mobiles sunt & his annuuntur, lucrari, quis nescit? Sic pertinet ad eum pecunia numerata (c) & pecunia credita, siue dies solutionis venerit, siue non: (d) quod & tunc locum invenit, si uxor ex hereditate paterna vel materna, credita quædam acceperit, quæ parens ipse, definitis temporum intervallis sibi solvenda, moriens post se reliquit. Illa enim æque heredi cedunt mobiliari; (e) ut & pecunia hereditaria, si uxor fuerit defuncta, postquam dies solutionis cesserit: (f) item pecunia, quam quis pro re aliquamobili & immobili ab uxore emta, vel ex alio contractu acquisita, certis stasque temporibusolvere tenetur, auf Tage Zeiten; (g) pariterque pretium pro bono hereditario immobili, quod non coheredi sed extraneo cuiquam venditum est, distinctis terminis uxori, licet ante solutionis terminum mortuæ, exsolvendum. Immo quando citra divisionem & familiae herciscundæ titulum, ex simplici venditione bona immobilia hereditaria in illum, qui coheres antea fuit, transfert uxor; pecunia ad certos terminos solvenda, ad maritum pertinet superstitem. (h) Huc etiam refertur dos in numerata pecunia, etiam tantum promissa, quanquam non soluta (i) & in diem promissa, etiam si uxor ante diem e vivis discesserit; (k) porro uxoris defunctæ, vaccæ, oves, equi & alia animalia, quæ forsitan in suburbiis Lipsiæ aluit; quid quod Mobilia quoque extra territoria Saxon. inventa, quæ uxor peregrina dum viro Lipsiensi nuberet, in foro suæ originis reliquit possessionata; quia successio mobilium tunc cum uxor, Lipsiæ ditionis Sax. urbe, domicilium consecuta est, secundum jura Saxonica definiri debet. (l) Referuntur huc porro bona immobilia æstimata in dotem data; (m) prædium etiam ex pecunia dotali nomine mariti comparatum; ut & pretium quod ex alienatione uxoris immobilium, si peculiaris ad id fuerit adhibitus curator, paratum; (n) merces quoque in tabernis mercatorum comprehensæ. (o) Tum & annui redditus, quorum dies cessit, pro mobilibus haben-



habentur & marito deferuntur: (p) reditus denique seu partium metallicarum proventus jam separati & percepti, (q) ac tandem dona nuptialia (r) & alia id genus quam plurima: (s) Quæ omnia marito tam perfecte debentur, ut mulier de bonis istiusmodi mobilibus in præjudicium mariti neitquam possit testari. (t)

(a) Hæc conjugum Lipsiens. successio in multis quidem, modo explicatis supra legibus definito, consentanea est; quandoque vero quædam immutat; sapius etiam & quidem tam ratione viri, quam mulieris singularia addit. Hinc vidui viduæque diversa successio jura separare, tandemque postquam hereditatem mariti exposuerimus, etiam de jure uxorum succedendi legitimo agere mens est.

*Ordo tractatuum.*

(b) Dicitur quidem maritus noster uxoris suæ heres mobilis; At portio ista mobilium ad superstitem illum non ex provisione hominis, sed beneficio legis devolvitur *inquit Philip. Obs. 4. n. 3. & 8. ad Decis. Elect. 24.* unde nec eum heredis vices sustinere, nec lucrum istud de hereditate uxoris esse, non magis ac cognata heres sit in bonis utensilibus, quæ tamen nunquam jure hereditario, sed ex peculiari statuto deferuntur, nec ei mobilia jure hereditario, ex peculiari potius juris Sax. dispositione deberi, maritumque igitur saltem improprie heredem appellitari, si quidem eo ipso non in jus universum uxoris succedat, quod tamen heredem solummodo faciat, *ex Moller. & Rauchb. concludit Carpzov. Def. 6. Const. El. 21. & Def. 34. Const. El. 23. P. 3.*

*An marit. heres sit dicendus?*

(c) Pecunia enim sua natura res mobilis est, *verbis: si uniuersa forte donatio est in pecuniis aut aliis mobilibus rebus Nov. 22. c. 45. §. 2.* nec refert, an pecunia præsidii causa reposita, & hæc enim legato mobilium continetur *l. 79. ff. §. 1. de legat. 3.* nec an ad emptionem prædiorum vel bonorum immobilium destinata fuerit, *l. 41. §. 12. & 14. ff. de legat. 1.*

*De Pecunia numerata.*

(d) *Per Constitutionem El. 23. P. 3.* Daß das Geld, so ausgeliehen, ob es gleich noch nicht abzumahlen gewesen, dem Manne bleiben soll.

*Ut & credita, dies venerit, seu non.*

(e) *Constit. El. 21. P. 3. verb.* Oder ihr Vater hätte etliche Schulden auf gewisse Termine zu bezahlen, aussen stehen, solches wenn die Frau verstorbe, siele, aussershalb der Gerade auf ihren Mann.

*de creditis patern. & matern.*

C

(f)



De pecunia heredit. cujus dies cessit.

de debit. usq. Tage-Zeiten.

quæ sit pecunia heredit.

dos promissa.

in diem promissa, licet uxor mortua.

(f) Dic. Const. 21. verb. das betagte Erbe-Geld aber auf den Mann fallen und kommen soll.

(g) Tum per ea, quæ Const. El. 23. P. 3. quatenus huic thesi applicari possunt, & Const. 21. P. 3. §. ult. ; tum quæ Carpzov. Def. 9. ad Const. 21. P. 3. hac de re habent.

(h) Quia scilicet non quævis pecunia, quæ particulariter distinctis Terminis solvitur, sed ea solummodo hereditaria est, quam coheres coheredi præstat ex rebus hereditariis, di. Const. 21. in pr. welche aus ihres Vaters 1c. Gütern, & titulo familiæ erciscunda ex causa divisionis pro sua portione, verbis: zu ihrer Abfindung, & ex bonis solummodo immobilibus in verb. Weil es aus unbeweglichen Güthern bezahlet und abgelegt wird 1c. At in casibus in §. positis, venditionis contractus facit cessare titulum familiæ erciscunda. Quamquam igitur Erbegelder & Tage-Zeiten promiscue vulgo usurpentur; inde tamen nihil ad casum successione inter conjuges, ubi pecunia hereditaria certis requisitis, ut dictum est, determinatur, inferendum erit, vid. etiam Carpzov. Def. 12. 8. 13. ad Const. El. 21. P. 3.

(i) Sola enim promissione dos constituitur, etiamsi datio non inter- venerit, l. 43. §. 1. sed is de quo ff. de admin. & peric. tutor. Unde & stipulatio de dote lucranda non tantum in dote data, sed etiam in dote promissa locum obtinet, l. 9. C. d. Pact. convent. vers. hoc autem & vers. similique modo & c. dotem dederit, seu promiserit. Dos enim marito superstiti propterea cedit, quod matrimonii onera sustinere debet l. pro oneribus 20. C. de jure dot. quæ ratio non solum in data & numerata, sed & promissa dote locum habet. Consentit Carpzov. ad Const. 23. Def. 3. & Richter de success. ab intest. sect. 4. Memb. 2. §. 31.

(k) Heigius P. 1. qu. 33. n. 6. certum est, inquit virum, mortua uxore, dotem promissam perinde lucrari, ut dotem datam, etiamsi temporis adjectio solutioni dotis præstituta sit: quemadmodum habet communis opinio & nos in similibus causis ante etiam legem Saxon. ita judicare solemus. Quocum non modo Carpzov. Def. 5. ad Const. 23. P. 3. consentit, sed & præter alias, quas addit rationes, meminit rescripti cujusdam Elect., quo sententia ista fuit approbata,

(l) Ani-



- (l) Animalia lucratur ex ea ratione, quod referantur ad res mobiles sefe moventes. *l. 93. ff. de verb. sign. §. l. 3. §. 13. de acqui. Possess. uxor. & mobit. extra territ. Saxon.* mobilia vero alia etiam quæ in peregrinis provinciis possidentur; quia ossibus personæ, cujus sunt, ubicunque etiam terrarum inveniuntur, adhærere & non magis a persona separari posse, quam animam a corpore vivo, secundum receptas Doctorum opiniones creduntur *v. Richt. de success. ab intest. sect. 4. memb. 2. §. 2. & Philipp. ad Dec. El. 54. obs. 1. & Dn. Wernber obs. 237. Vol. 2. P. 3.*
- (m) Quia maritus fit Dominus horum immobilium. Nam facit æstimatio emtionem venditionem, ac statim dominium in maritum transfert, ita ut horum pretium, non ipsa bona in dotem accepisse censetur. *l. 10. §. 4. l. 16. de Jure Dot. Carpzov. Def. 26. ad Const. El. 23.* Alia tamen est æstimatio, quæ taxationis *l. 21. c. de Jure dotium*, alia, quæ fit venditionis gratia *l. un. §. 9. c. de Rei ux. act.* Ille enim fundus uxori heredibusque restituendus; hic marito manet: hujus periculum ad maritum; illius ad uxorem pertinet; priorisque accessio est uxoris, posterioris vero mariti. *Dn. Berger ec. jur. l. 1. t. 3. §. 10. n. 10.*
- (n) Tum quod res dotali pecunia emta, non fiat dotalis *l. 12. c. de Jure dot. tum quod maritus etiam vivente conjuge rei dotalis dominus sit, l. 7. §. 3. ff. de jure dot. l. 6. c. Siquis alteri vel sibi: & hinc prædium, cujus jam vivente uxore dominus erat, retinet. Quod æque in pretio ex bonis immobilibus venditis redacto justum videtur Wernb. Vol. 5. P. 7. Obs. 183. dummodo curator adhibitus fuerit, quo fraus mariti purgetur. v. Carpz. Def. 28. & 31. ad const. 23. P. 3. & Richter de success. ab intest. Sect. 4. M. 2. §. 10. & 17. qui insimul tamen si liberi adsint, magistratus requirit decretum.*
- (o) Ut recte opinatur Heigius *P. 2. Qu. 15. & Philipp. ad Dec. El. 60. Obs. 2.* Dubium enim quod hac de re ortum erat olim, Serenissimus Elector Joh. Georg. I. speciali ad Scabin. Lips. Rescripto *24. Jan. 1617.* ita decidit, *vers. Dasi alle und jede Handlungs- Waaren beweglich Guth vor sich selbstn seyn und in alle wege verbleiben: Und wir uns diese Meynung gnädigst gefallen lassen. vid. Codic. August. Vol. 1. p. 1065.*
- (p) *Constit. Elect. 24. P. 3. §. fin. Was zur Zeit der Frauen Abster-* *De annuis re-*  
*ben distribus.*



- ben betaget und fällig gewesen, daß solches dem Manne bleiben, die unbetagten Zinsen und Renten aber den Erben folgen sollen.
- (q) *Const. El. 25. P. 3. vers.* Wann aber bey Leben des Weibes, so dem Manne erliche Vergtheile und Ruckus zugebracht, der Mann in stehender Ehe Ausbeute genommen, so sollen dieselbige, vor solche bewegliche Güter, so dem Weibe sonst in der Ehe zukommen, geachtet werden u. so verfallen dieselbige auf den Mann nach Sachsen Rechten billig.
- (r) *Const. El. 22. P. 3. vers.* Wo es sich zutrüge, daß die Frau vor dem Manne mit Tode abgienge, so soll solches Geschenke, weil dem Manne nach Sachsen Recht die Fahrniß gebühret, demselbigen allein bleiben.
- Autores qui de mobilibus scrip-* (s) Quæ hic exempli loco adduximus, inpraesentiarum quidem sufficient. Quod si vero quis eam uberius tractatam desideret materiam, adeat Doctores Sax. & quidem *Carpzov. ad Const. El. 21. 22. 23. 24. 25. P. 3. Philipp. ad Dec. El. 53. & 54. Obs. 1. Richter. de success. ab intest. Sect. 4. Memb. 2. Dn. Berger. Oecon. jur. L. 2. T. 4. §. 43. Stryck. de succ. ab intest. Diff. 4. c. 3. §. 7. Wernh. Obs. for. Vol. 5. P. 8. Obs. 432. & Vol. 5. P. 7. Obs. 33. Vol. 7. f. ad P. 9. Obs. 215.*
- De mobilibus uxor non testatur in praesentia marit.* (t) *Constit. Elect. 7. P. 3.* Wie denn dem Weibe nicht nachgelassen wird, dasjenige, was dem überlebenden Ehemanne aus ihren Gütern zusiehet, durch ein Testament oder andern letztern Willen zu vermindern. Quod quousque verum sit, & quam late se extendat, *Carpzov. ad dictam non modo constitutionem exponit, sed & ne illud quidem, quod extra provinciam Saxon. conditum est testamentum, valere, si testatrix, mutato domicilio, se conferat in Provinciam Saxoniam, ibique vita fungatur. Desin. 3. ad Const. El. 14. P. 2. pluribus demonstrat.*

## S. VI.

*De success. in mobil. legitim. & quarta mariti inopis ex demobil.* Quemadmodum vero maritus omnia uxoris defunctæ mobilia lucratur, ita immobilium (a) capiendorum regulariter plane non capax habetur, sed liberis, parentibus ac collateralibus illa plene cedunt, (b) prioribusque pro ordine, quo ad successionem vocantur, legitimæ loco, & quæ exsuperant, jure hereditario ac proprio obveniunt, quibuscum etiam, si modum Legitimæ constitutum impleant, contenti esse debent,



bent, cum contra, si ad legitimam non sufficiant, liberis æque ac Parentibus eam, ex mobilibus viduus noster refarcire tenetur. (c) Est vero liberorum legitima, si quatuor vel pauciores adsint, triens, si quinque vel plures extent, dimidia pars debitæ ab intestato portionis; cum e diverso Parentum Legitima, (d) nunquam variet, sed semper triens maneat. Quod si tamen casu inverso uxor immobilibus tantum, nullis autem vel sane exiguis mobilibus relictis moriatur, marito quoque inopi ad normam juris civilis, quartam vel dari, vel suppleri æquum justumque esse opinor. (e)

- (a) Quo inter alia referuntur pecuniæ hereditariæ, antequam dies *De immobilibus.* solutionis venerit, unbetagt Erbgeld, nullo discrimine observato, an uxor pecuniam heredit. ex hereditate sibi delata, an vero ab alio emptionis titulo consecuta sit. Succedit enim emtor in jus venditoris l. 3. §. cumquis 18. ff. de heredit. vel act. vendit. Const. El. 21. P. 3. vers. Dasß das unvertagte Erbgeld, weil es aus unbeweglichen Gütern bezahlet und abgeleget wird, und noch darinne stehet, als ein unbeweglich Guth auf des verstorbenen Weibes Erben, fallen und kommen soll. Pertinent huc etiam annui redditus, qui uxori debentur, sive ex bonis immobilibus, sive solum personali obligatione solvendi sint, immo etsi sub pacto retroconditionis sint emti. Const. El. 24. P. 3. vers. Wenn Geld auf einen rechten beständigen Wiederkauff, oder da jährliche Zinsen wiederkaufflich ic. daß sie die Haupt-Summe der wiederkaufflichen Zinsen in beyden obgesetzten Fällen, vor unbewegliche Güter erkennen sollen, item Partes metallicæ sive kukus, verb. das Bergtheile unter unbewegliche Güther zu rechnen. Const. El. 25. P. 3. itlisque etiam Pharmacopolia, Chirurgorum, Pistorum & tinetorum jura annumerari testatur Schucker coll. Pr. p. 90.
- (b) Cum successio ista juribus nostris statutariis provinciali, ac municipali nequitam mutata reperiatur; ex dispositione imprimis juris Sax. communis, quo hoc in casu utimur, determinanda erit. Ibidem vero art. 31. L. 1. lande habetur: Das Weib erbt Gerad und eigen als sie das hat, an ihren Nächstten. § art. 76. L. 3. Das Gehäu aber, da die Frau innen was und die Gerade behält er nicht.



nicht. De quo eo minus dubitandum, cum, etsi jus Electorale exprellis verbis successione istam immobilium observandam esse non disposuerit, eam tamen tacite & inde quod non abrogaverit, approbaverit. Quod & apparet *ex Const. El. 21. P. 3. verb.* Als ein unbeweglich Gut auf des verstorbenen Weibes Erben, das betragte aber auf den Mann fallen und kommen soll. *Junct. Const. El. 24. P. 3. verb.* Da nun ein Weib stirbe, die solche wiederkäuffliche Haupt-Summe nach sich liesse, so könnte die zu Sachsen Recht auf den Ehemann nicht verfallen. *§ C. 25. P. 3. verb.* Wenn eine Frau Vergtheil verliesse, so werden dieselben auf den Mann nicht verfället.

*Soluit. legitima ex mobil.*

(c) *Gl. Latin. in App. 76. l. 3. Landr. lit. b. Salva* inquit, *legitima liberorum, si alias immobilia bona non relinqueret.* Nam dato, quod etiam statutum loquatur generalissime de lucrands bonis per maritum, uxore defuncta, intelligendum tamen id semper est salva manente legitima liberis & aliis, qui eam sunt habituri. Quae cum facit *Carpzov. Def. 18. 19. ad Constit. El. 23. P. 3.* hinc quod statutum non valeat, quo liberis legitima jure naturae debita aufertur. *l. 30. C. d. in off. testam. Nov. 1. cap. ult. § in praesat. §. 2. § Nov. 115. c. 3. Wernh. Vol. 4. P. 5. obs. 199. Richter. de success. ab intest. sect. 4. M. 2. §. 33. § 34. aliique consentiunt.*

*Legitim. Parent, cur triens?*

(d) Cum neque statutis nostris, neque jure Electorali, de liberorum legitima aliud quid dicatur, hic casus dispositioni juris communis omnino relinquitur; quoad legitimam Parentum vero notabimus, *Const. El. 12. P. 3.* ubi vers. So soll die Legitima oder der dritte Theil des verstorbenen Kindes Verlassenschaft, den Eltern folgen und zu erkannt werden, & *Constit. 8. P. 3.* es soll der Mutter der dritte Theil aller Güther, zu Recht Legitima genannt, gelassen werden. Id quod de Parentibus pariter ac avo aviaque maternis & paternis intelligendum est *per Decis. El. 47. vers.* Als setzen wir, daß obermeldete constitution auch auf den Groß-Vater von der Mutter und Groß-Mutter väterlicher als mütterlicher Seiten erstreckt se. Rationem, inquit *Bastineller, habemus in promptu, cur adscendentium legitima non variet. Ratio est, quia adscendentes jure Saxon. cum collateralibus non concurrunt, ac solum adscendentium diverse lineae, primique gradus, duo capita solent, aut unus linea, quartique & ulterioris gradus, quinque ca-*

*pit*



pita æque proxima vix in vivis esse queunt, nec hodie ex nostra quidem opinione, amplius in vivis deprehenduntur; quandoque ascendentes sunt diversæ lineæ primoque gradu remotiores, hereditas in duas partes dividitur, quarum una pars lineæ paternæ, altera materna cedit, in *diff. de success. vidui. Halens. §. 9. in not.*

- (e) Dissentit quidem *Carpzov. Defin. 22. 23. & 24. ad Const. Elect. 23. P. 3.* his ex rationibus, quod mulieres ex antiquis Saxon. legibus bona immobilia non possederint, nec in iisdem successerint parentibus, sed in bonis mobilibus peculiarem successionem veluti præcipuam habuerint; ex quo consequatur, maritum mobilium uxoris successorem esse legitimum, de immobilibus autem, quia nulla olim habuerit mulier, eum etiam nihil lucrari. Ast rationes ab illo allatæ tanti momenti non esse videntur, ut memet a sententia affirmativa dimovere possint. Sicut enim eundem ratione antiquæ in immobilia successionis jam supra *§. 3. Not. e. refutavi*; ita me porro non modomoveret, quod, sicut in mariti favorem introductum est, ut in Saxon. mobilia lucretur; ita hoc in ejus odium & detrimentum non detorqueri debeat, *arg. L. quod favore 6. C. de LL. & L. plures 19. C. de fide Instrum. sed & quod Richter de succ. ab intest. sect. 4. n. 57. membr. 2. & Struv. Exerc. 38. th. 40. S. I. C. idemque de success. ab int. c. 15. Aph. 3. & Baudius in diff. sub præsidio Dn. Berger hab. de legitima mariti c. 3. mecum consentiant, etsi eorum opiniones non ubique suscipiam defendendas. Nam inopi pariter ac diviti hanc successionem tribuendo, longius justo mihi videntur evagari, & plus deferre, quam ipsa *Authentica Præterea* marito dare voluit. Sectamur itaque potius *Berlich. concl. 29. n. 69.* & qui ejus opinionem amplectitur *Stryck. de success. ab intest. diff. 4. c. 3. §. 15. ac Dn. Wernber. obs. for. 30. Vol. 2. P. 3.* qui omnes nostræ sententiæ, & quidem ultimus ex ea ratione ad stipulantur, quod *Novelle 17. c. 5. & Authent. Præterea C. unde vir & uxor dispositione jure Sax. nullibi mutata, non immerito standum sit. l. 27. c. de testam. eodem Wernhero testante, ita etiam in Facultate Wittenb. responderi.**

*Marito Lips. inopi ex immobil. quarta est danda.*



## S. VII.

*Maritus ex  
consuetud.  
Lips. quando  
que immobilia  
lucrat.*

Etsi igitur de jure tam communi Saxon., quam Electorali, maritus uxoris suæ bona immobilia non lucretur, sed tantum heres ejus mobiliaris existat; potest tamen his etiam Lipsiæ quandoque potiri. Singularis enim viget hicce consuetudo (a) circa cessionem possessionis bonorum immobilium maritis ab eorum uxoribus factam, qua fit, ut ejusmodi cessio possessionis, seu investitura de bonis uxorum maritis facta, unde & mariti *Lehnträger* vocantur, vim & efficaciam donationis mortis causa (b) habeat, ita ut mariti superstitibus vigore hujus cessionis proprietatem bonorum consequantur. Possent equidem hic aliquis objicere, non esse ut ex ejusmodi actu singularem effingamus consuetudinem, eandem potius ad numerum earum donationum (c) quæ recte inter conjuges fiunt, referri, eamque tam conjugibus qui Lipsiæ, quam qui in aliis provinciis Saxon. commorantur, communem esse. Ast merito dissentio. Cum enim tunc, quando uxor marito solam possessionem cedit, eumque investiri facit, als ein *Lehnträger*, hoc sine ut onera civilia ac consueta fervitia, quæ foeminae injungi non solent, præstet; marito nec donet (d) expresse, nec tribuat dominium, nec, quod tamen Lipsiæ necessarium est, coram judicio dominium pariter ac possessionem resignet (e) ac tradat: tantum abest, ut dictam cessionem licitis alias solitisque inter conjuges donationibus posse adscribi censeamus, ut potius *Carpzovio* asferentiamur, (f) qui eam singularem, quæ Lipsiæ tantum valet, consuetudinem dicit, & de antiquo ejus usu fidem facit.

*de Requisitis  
consuetudi-  
num.*

(a) Describitur consuetudo, quod sit jus per diuturnos mores, accedente tacito summæ potestatis consensu formatum. Ad eam introducendam tria requiruntur: rationabilitas, (liceat ita loqui) ne scilicet juri divino vel naturæ repugnet; actuum frequentia, & temporis diuturnitas *v. Berger. Oecon. jur. L. 1. T. 1. §. 19.* Cum itaque consuetudini nostræ non modo hæc omnia insint, sed & de ejus usu jam centenario *Carpzovius* testetur, & *Dominus D. Romanus in Dissert. Lips. 1720. de dimid. invest.*



vest. rei immobil. allod. quæ sit inter conjuges §. 8. illi per aliam contrariam non derogatum esse, asserat; & nobis de ejus justitia atque observantia, imprimis cum secundum Mascard. de probat. concl. 426. n. 1. & 429. n. 6. consuetudo per assertionem excellentis Doctoris & per testes, se nunquam vidisse nec audivisse contrarium, deponentes, probetur, neutiquam dubitandum erit.

- (b) Mortis causa donatio fit, cum quis intuitu mortis suæ alteri ac-  
ceptanti, in præsentia quinque testium quid donat: Quibus ob-  
servatis ea regulariter subsistit. *De mortis cau-  
sa donatione.* Ast hæc omnia hic Lipsiæ & in toto Electoratu non sufficiunt, sed insuper requiritur, ut omnium ac universorum bonorum, mortis causa donatio judicialiter fiat & apud Acta insinuetur. *Const. El. 1. P. 3. vers. Daß solche Ubergaben aller Güther und donationes omnium bonorum mortis causa andrer Gestalt nicht, denn gerichtlich geschehen sollen.* Valida enim omnino sunt ejusmodi mortis causa donationes etiam inter conjuges. Nec obstat, quod inter illos donationes regulariter sint prohibita. Cum enim & illa quas quis morte sua confirmavit, valeant, *l. 10. C. de donat. inter vir & uxor;* multo magis quæ mortis causa fiunt, valebunt *l. 38. & 40. l. c.* quia cuique de suo testari licet, ut voluerit. Quæ omnia etiam de nostra consuetudine, quippe quæ mortis causa donationi æquiparatur, dicenda.
- (c) Quanquam enim donationes inter conjuges regulariter sint  
prohibita *l. 1. & 2. ff. de donat. inter vir. & uxor. & art. 31. L. 1.* *Conjuges sibi  
quandoque li-  
cite donant.* laudr. haud paucos tamen dari casus, quibus donationes ejus-  
modi valide celebrari possint, nemo inficias ibit; quo imprimis  
donatio refertur morte confirmata, si donans nempe ante donatari-  
um mortuus sit, *l. cum status 32. ff. §. 2. seq. & l. 10. C. de donat.  
inter vir. & uxor.*
- (d) Neque enim simplex donatio, inter conjuges imprimis præsu-  
mitur *l. utrum. 47. ff. de don. inter vir. & uxor.* neque mortis cau-  
sa, nisi eam factam esse clare luculenterque appareat, & insimul  
mortis mentio injiciatur, *l. Seja. 42. ff. de mort. causa donat. §. ult.*  
Si quidem ad eam excludendam quælibet potius alia conjectura  
sequenda est, *l. si non sortem 26. §. si quis falso. ff. de condic. indeb.*
- (e) Res quidem immobiles proprie sine judicis decreto donari pos-  
sunt, non vero accipiens eas, plenum in illis dicitur habere do-  
stit. necessitate.

D

mi-



minium, nisi coram iudicio possessioni suæ alienans renuncia-  
verit, & accipienti eandem tradiderit *art. 9. & Gloss. l. 1. Landr. art.*  
*34. lit. a. & art. 52. & art. 30. l. 2. Landr. it. art. 20. & 60. Weichb.*  
Dominium enim non transfertur in immobilibus, nisi emtor die  
Lehn aufgelaßen, venditor vero die Lehn von Lehnherren wiederum  
empfangen, *Decis. Elect. 61. & Philippi ad eandem.*

*Carpzov. locus (f) addicitur.* Verba *Carpzov.* habentur in *Def. 17. ad Const. Elect. 13. P. 2. n. 11.*  
Ex speciali tamen ac inveterata, inquit, consuetudine hujus urbis  
Lipsiæ, ejusmodi cessio possessionis, seu investitura, de bonis uxoris, ma-  
rito facta, vim & efficaciam donationis mortis causa habet, adeo ut,  
defuncta uxore, superstes maritus, vigore hujus cessionis, proprietatem  
bonorum consequatur. Quare simulier cedat possessionem bonorum  
suorum marito, deque hisce in iudicio investiri cum faciat:  
Stellt ihm für zu einem Lehnträger, Magistratus ipsi hoc notificare  
solet; ne inscia hujus consuetudinis, jure suo quasi defraudetur, sed  
prohibitu vel alium possessorem sistere, vel cessionem revocare, aliud-  
ve disponere queat.

### §. VIII.

*Marius Lips. adipiscitur uxoris sue Geradam.* Geradam quoque ex defunctæ uxoris hereditate acci-  
pit maritus Lipsiensis. Quamvis enim virorum regulariter  
in Gerada (a) successio non detur; nihilominus tamen in suos  
cives adeo sunt propensa Lipsiensia statuta, (b) ut illis in ux-  
orum suarum Geradam succedendi jus largiantur omnimodum.  
Hinc itaque, nunc plenam, nunc dimidiam, nunc  
partem Geradæ uxoriæ, prout casus existunt, mariti conse-  
quuntur. Ex assè heredes sunt, quando uxores sine  
filiabus e vita decedunt. Tunc enim plenam earum ger-  
adam sic perfecte nanciscuntur, ut non modo sine habito  
ad matrem aliamque cognatam, in linea sive ascendenti, sive  
collaterali superstitem respectu, ejus possessionem occupare  
& retinere possint; sed etiam nec ad ullam illis præstandam  
Nistelgeradam (d) sint obstructi. Quo ipso tamen illos de  
præstanda filiis pariter ac parentibus, ex rebus istis geradicis  
debita legitima (e) absolvere nequiquam volo: sed insuper  
& firmiter mihi persuasum habeo, eosdem ab omni penitus  
in gerada successione, si uxor diem suum, relicto filio cleri-  
co

*Et quidem ex assè.*

*Nec præstat Nistelgerad. An legit. exinde solvere debeat? Quid si filius Cler. ad sit?*



co (f) obierit, excludendos (g) esse. Quibus exceptis alias *In mariti præ-*  
 omnimodam illis uxorum geradam deferri, eamque hinc ab *judic. alienari*  
 uxoribus, durante matrimonio in eorum præjudicium (h) *non potest.*  
 alienari non posse, libenter concedo.

- (a) *Art. 76. L. 3 Landr.* Die Gerade behält der Mann nicht, item *Viror. in Gerad.*  
*argum. art. 15. l. 3. & art. 31. l. 1. Landr. vers.* Denn allein Gerad *da succ. non*  
 und eigen. eademque dispositio *Const. El. 22. P. 3. vers.* Wenn an- *datur.*  
 dere Stücke darunter, so zu der Gerade gehörig, *re. repetitur.*
- (b) Statuta Lipsi dividuntur in antiqua & nova. Ad priorem clas- *De Statut.*  
 sem referuntur, statuta quæ Sereniss. Elector. *Joh. Georg. I. 1647.* *Lips.*  
 & 1654. atque ejus successor *Joh. Georg. II. 1659.* confirmasse le-  
 guntur, & alia; ad posteriorem illa quæ ab eodem Electore *Joh.*  
*Georg. II. Ann. 1672.* civitati Lipsiensi denuo concessa fuere, qui-  
 busque posterioribus, successio imprimis geradæ in certum ordi-  
 nem redacta, maritoque plena Gerada fuit addicta, quam antea  
 non nisi tradita proximæ uxoris cognatæ Niffelgerada obtine-  
 bat. Ipsa statuta, quæ quando novus Senatus in conspectum po-  
 puli producitur, quotannis recitantur; quæ ipsa intelliguntur  
 cum ad statuta provocamus; in libro singulari, qui privilegia &  
 statuta civitatis Lipsiensis continet, conjunctim conspiciere sis,  
 novum vero statutum *de An. 1672. Vogels annales Lips. 752. & 618.*  
 & *Volckm. in arte Notar. P. 3. C. 19. exhibent.*
- (c) Ex ratione forsitan, quod mariti Lipsi sæpius in comparanda *Art. 35. Stat.*  
 uxoribus gerada nimis sint liberales, præ cognatis etiam ipsis *Lips.*  
 geradæ successio concedenda est *art. 35. Statut. Lips. vers.* Wenn  
 einem Mann sein Eheweib stirbt, und keine Tochter hinterlässet,  
 so soll solches Weibes volle Gerade, ungeachtet dero Mutter oder  
 andere Niffel in auffsteigender oder seitwärtiger Linie annoch ver-  
 handen, auf dero überlebenden Ehemann fallen, und er dieselbe  
 ohne Widerrede behalten, hiervon auch einige Niffel Gerade aus-  
 zuantworten, keinesweges schuldig seyn.
- (d) Viguit enim Lipsiæ olim statutum, vi cujus maritus superstes, *Ex Peter. Lips.*  
 defuncta ejus absque filia uxore, proximæ cognatæ, non omnem *Stat. maritus*  
 quidem Geradam, sed certas duntaxat species dare obstrictus fuit, *cognata Niff-*  
 duas nempe vestes preciosiores mulieris defunctæ, lectum ab *telgerad. dare*  
 debet. *debet.*



optimo secundum, duo pulvinaria, duo linteamina, cum stragulo sine lecti opertorio v. *Goldbec. de Gerad. cap. 2. n. 14. & c. 5. n. 27.* quod nostro noviori plane sublatum est.

Maritus de rebus Gerad. legitimam solvere debet.

(c) Siquidem non futilibus ad id afferendum commoveor argumentis, quæ contrariis ut mihi videtur, longe sunt fortiora. Quamquam enim dicatur plena ad maritum pervenire Gerada, nec illum ad Niffelgeradam exsolvendam teneri, hinc etiam ad legitimam præstandam non esse obstrictum concludi, in eumque modum quandoque responderi sciam; attamen contrarium magis placeat. Sunt enim *a)* hæc verba generaliter atque salva legitima accipienda; & cum hoc nostro statuto legitima non tollatur, secundum *Constit. Elect. 12. P. 3.* tertia hereditatis pars parentibus adjudicanda erit. Statuta enim nostra ita interpretari decet, ut casus in illis de legitima omissus, dispositioni juris communis censeatur relictus, *l. si cum dotem 22. in pr. ff. solut. matrim.* quid quod propter generalitatem dicte *Constit.* eam de Gerada æque ac bonis hereditariis agere dicendum, videtur per *l. 8. ff. de public. in rem. act. l. 1. §. 1. generaliter ff. de legat. præs.* *ε)* ab exclusione à Niffelgerada, ad denegandam legitimam, eodem modo, quo à diversis ad separata non valet consequentia, (*γ*) Geradam, quam maritus noster ex Statuto percipit, non tanquam geradam, sed ut res mobiles ex speciali statuti dispensatione & forsitan in compensationem liberalitatis uxoribus in ejusmodi rebus exhibitæ, consequitur. Sic etiam *Domini Scabin. Lips. 1694. Mar. Wernerin responderunt;* geradæ enim capiendæ maritus ex dispositione Juris Saxon. penitus non capax censetur, *art. 5. l. 1. Landr. von des Pfaffen Gut. 20. & art. 27. it. l. 3. art. 15. der soll von Weibes halben darzu geböhren seyn,* hinc etiam à dispositione jur. comm. non absque necessitate recedendum, imprimis cum illa simul ac ad viros per donationem, successionem, aut alio modo transfertur, in res hereditarias transformatur. *Goldbec. de Gerad. cap. 1. §. 25. & c. 3. §. 18. & c. 9. §. 100. Carpz. ad Const. 14. P. 2. Def. 27.* sicut & res hereditariæ geradiles, quando feminis donantur, eo ipso cum istas possidere, & iisdem uti incipiunt, geradæ naturam assument. De hereditariis vero absque dubio filiis parentibusque legitima à marito exsolvenda est,



est. d) maritus quidem in locum cognatæ, sed non in ejus jura personalia succedit. Hinc eum ad exsolvendam de rebus geradicis legitimam, ex his aliisque plurimis rationibus, de jure adstringi posse concludimus. De qua materia fæse agit *Barthius in tr. de Gerada, c. 2. §. 27. & supplem. 1.*

(f) Clericum admittit *L. 1. art. 5. Landr.* ad Geradæ maternæ successione[m], *verf.* Der Pfaffe nimmt gleichen Theil, additur *in gloss. gerade capax dicatur.* *qui Clericus gerade capax dicatur.* *sa.* Welches geschieht durch ihres Betens willen, denn alle Welt geneust ihres Betens. Per Clericum vero geradæ capiendæ capacem intelligit *Landr. l. 1. art. 5.* eum, qui doctus, ordinatus ac tonsura capitis insignitus jam est, antequam gerada ad eum jure hereditario perveniat, *verf.* Man mag aber keinen Mann achten vor einen Pfaffen *re.* item qui non est beneficiatus, aut præbendatus. *verf.* Theilet nicht mit dem Pfaffen, der eine Pfründe oder Kirchen hat, tandemque nec qui connubium iniit. *Weichb. art. 57. in gl. n. 20. verf.* Da er ein Weib nahm, da verschlug er die Pfaffheit. Verum evangelicæ Religioni addicti, hæc conjunctum non desiderant, sed illis sufficit, ut quis ad ministerium fit vocatus & ordinatus; *Berger. Oec. jur. L. 2. T. 4. n. 13. §. 40. Bæhm. J. E. L. 3. T. 27. §. 23.* inter hos igitur Doctores, Professores & Studiosi Theologiae, Canonici, item Cantores & æditui non sunt referendi; *Bæhm. c. 1.* nec calibes sint, an uxorem duxerint attenditur. *Id. Bæhm. & Goldb. de Gerad. Desc. n. 17. & 23.* Quid quod beneficiati exemplo filiarum, quæ etiam elocata à gerada haud excluduntur, *Carpzov. ad C. El. u. P. 3. Def. 13.* ad ejus successione[m] admittuntur, *Goldb. de succ. cogn. desc. n. 13. Carpz. 4. 3. Jurisp. const. def. 10.* Quodsi vero statum suum mutant vel removeantur, geradam retinere non possunt, per *art. 57. Weichbild, in gloss. verf.* Bleibt er aber nicht ein Pfaffe *re.*

(g) Nostro enim statuto hæc de re non disponitur, nec verbis expressis Clerico successio adimitur; hinc cum statuta strictè accipienda & ad alium casum non extendenda sint, *l. si servum 71. §. non dixit Prætor ff. de acquir. heredit.* quin imo casus omissus dispositioni juris communis sitrelictus *L. 22. in pr. ff. solut. matr. l. 6. ff. condict. causa data.* legi Saxon, adhæremus contendimusque, Clericum filium ad instar filiarum excludere patrem a successione

Patrem a Gerada excludit  
Filius Clericus.



dæ, *Goldbec. de Gerad. Descend. n. 16. §. 19.* In ea enim percipienda filii Clerici filiabus æquiparantur *art. 5. l. 1. Landr. §. art. 57. Weichbild*, ita quidem ut idem, si unus vel plures filii Clerici adsint, ob paritatem rationis obtinere, eosque omnes æque ad geradæ successionem admittendos esse credamus.

*In Præjudic. mariti Geradam uxor alienare non potest.*

(h) *Arg. l. 1. pr. §. 1. l. 10. ff. que in fraud. credit. fact.* quanquam enim per *Const. Elect. 14. P. 2.* libera feminis potestas concessa sit de rebus geradicis inter vivos pro libitu disponendi; ea tamen non est absoluta, sed ad maritorum consensum, ratione ususfructus, qui illis ex omnibus uxorum bonis competit, omnino restricta; hic Lipsiæ vero ob jus maritorum in uxorum geradam statutis radicatum, plane inutilis & nulla.

### §. IX.

*Adipiscitur Geradam quandoque tantum ex parte.*

Vidimus itaque qua ratione omni uxoris defunctæ gerada maritus Lipsiensis potiatur. Restat, ut & casum quando illa pro parte, vel dimidia ad eum perveniat, contemplemur. Quod fit, cum filiæ una (a) vel plures uxore præmorta superfunt. Præcipiunt enim tunc illæ omnem mundum muliebrem, vestimenta, & quæ quocumque modo alias geradæ (b) annumerantur, nihilque nisi lectos & arredium, sive Pannos linteos, *Betten und alles Leinen Gerät he*, cum patre, eidem una dimidia cessa, altera sibi reservata, partiuntur. (c) Quod si vero uxor relictis filiabus ex priori matrimonio tantum prognatis, morte extinguitur, non ex parte, uti jam dictum, sed ex dimidia maritus ad successionem in plenam uxoris geradam admittitur. (d) Ad quorum ductum etiam tunc si morte uxoris infecuta, ex posteriori ac priori insimul matrimonio filiæ adsint, (e) hereditatem ita erciscundam esse judicamus, ut paribus ad filias omnes partibus gerada devolvatur; de ratis vero privignarum dimidia plenæ geradæ, ac de filiarum portione, lectorum & pannorum linteorum dimidia saltem pars patri reddatur. Quamquam vero maritus Lips. tunc si placet, filiabus geradam in Legitimam imputare potest (f): Filium tamen clericum tam privignum quam germanum, quando cum sororibus ab

*Potest tamen eam imputare in legitimam*

uno



uno & utroque latere junctis concurrat, ab hoc divisionis & filibus, ex-  
 imputationis onere itidem plane exemptum esse (g) existima- cepto Clerico.  
 mus.

- (a) Præterquam enim, quod jura noviora ita interpretanda sint, quo minus a communi recedant, l. 14. ff. d. LL. maxime cum hic de præjudicio filiarum agatur, quibus jure communi, in gerada materna jus quæsitum, quod iis citra expressa verba ademptum minime censendum; verba etiam Statuti §. 35. und keine Tochter hinterläßt, it. §. 36. & 37. eine oder mehr, tam clara sunt, ut vix quis aliter ea interpretari ausit, vid. Barth, tr. de Gerad. c. 2. §. 25. *Adfunt filia sive una, sive plures.*
- (b) Hinc etsi maritus Lipsiens. cui uxor præmoritur, omnia ac integra dona nuptialia per *Constit. El. 22. P. 3. vers. Wo es sich zutrü- ge, lucretur, filia tamen ea, quæ ad geradam pertinent, d. constit. Recipiunt filia dona nuptia- lia Geradica.* *vers. Wären aber Stücke darunter, præcipua habet, si nempe uxor illis olim usa, vel si in possessione ejusdem repetæ fuerint vers. Bey ihren Leben gebraucht, oder in ihrer Verwahrung gehabt, sique ea non ad species, quas cum marito nostro filia dividere debent, spectent.*
- (c) *Statuta Lips. 36. verb. Verliesse aber das Weib eine oder mehr mit dem überlebenden Ehemanne erzeugte Töchter, so sollen solche Töchter die verhandene Betten und alles Leine-Geräthe mit be- sagten überlebenden Ehemanne ihren Vater theilen, und demsel- ben davon die Helffte abfolgen lassen, die andere Helffte aber, so wohl allen weiblichen Schmuck, Kleider und was sonst zur Ge- rade mehr gehörig, vor sich alleine behalten, inmassen denn in die- sen Fall der Wittwer oder Vater, von demjenigen, so ausser dem Betten und Leinen-Geräthe anzutreffen, etwas zu fordern nicht befugt ist, excipitur tamen torus conjugalis cum ceteris, quæ ma- rito jam de jure communi danda fuere art. 38. l. 3. Landr. & art. 23. Weichbild, cum enim statutis nostris aliter dispositum non est, hoc casu jus commune sequendum l. 27. c. de testam. l. 32. c. de appell. & illa etiamnum hodie marito ut præcipua deberi omni- no dicenda sunt. Consentit Barth, tr. de Ger. c. 5. §. 29. & c. 2. §. 49. Si quoque torus iste, vivente adhuc uxore, Conopeis or- natus fuerit, hæc una cum toro marito relinquenda sunt. Weichb. d. l.*



*Filiabus ex  
priori matri-  
monio existent.  
Pater dimi-  
diam Gerade  
consequitur.  
art. 37 statut.  
Lips.  
quid dicendum  
si filia ex prior.  
& poster. ma-  
trimon. adsint.*

*Gerada a solo  
patre filibus  
imputatur.*

*Clerico Gera-  
da non impu-  
tatur, nec eam  
cum patre di-  
videre debet.*

*d. l. vers. als es stunder ic. da sein Weib noch lebete ic. ita etiam re-  
sponderi cum Carpzov. ad Const. 14. P. 2. Def. 49. Barth. tr. de  
Ger. c. 7. §. 28. attestantur: Quod indistincte, sive ex priori, sive  
posteriori matrimonio filia adsint, valet.*

(d) *Stat. Lips. §. 37. verb. Hinterliesse das Weib zwar keine mit dem  
überlebenden Ehemanne, jedoch aber eine oder mehr aus voriger  
Ehe erzeugte Töchter, so soll die Helffte dero vollen Gerade auf dem  
Wittwer, oder überlebenden Ehemann, die andere Helffte aber  
auf die Töchter voriger Ehe kommen und fallen.*

(e) *Hic quidem casus statutis nostris non est verbis expressis decisus;  
asscū quomodo succedatur, si filia & privignæ adsint, ibidem  
determinetur, ex duobus prioribus argumentandum, & ad ho-  
rum normam tertium dirigendum esse, cum Barthio tr. de Ger.  
c. 2. §. 28. sentimus: Quem in modum etiam Dni. Scab. Lipsiens.  
apud eundem N. 1. pag. 1. respondere.*

(f) *Quod potissimum in favorem mariti superstitis seu heredis mo-  
bil. introductum est, ut eo minus mobilia uxoris defunctæ, quæ  
jus Saxon. soli marito defert, graventur, per Const. Elect. u. P. 3.  
vers. Die Gerade in der Töchter legitimam eingerechnet. Hinc fit,  
quod portio filia per Geradam suppleta, patri non fratribus ac-  
crescat, Goldb. de Ger. c. 6. n. 17. nec legitimæ paternæ, vel avitæ  
imputetur Carpzov. ad d. Const. Def. 7. & 4. nec a quopiam nisi  
a patre imputari possit Def. 5. Qua de re videatur elegans Dni.  
Hartungii Witteb. 1713. habita diss. de imputatione Gerade in legi-  
tim. cap. 4. §. 5.*

(g) *Contrariæ quidem opinioni Carpz. ad const. u. P. 3. Def 8. & Barth.  
de Ger. c. 2. §. 45. addicti sunt; nihilominus tamen nobis thesis  
nostra non multum a veritate abesse videtur. a) Clericis enim  
jus in geradam maternam succedendi jam ex jure communi art. 5.  
Landr. l. 1. competit, quod b) illis nec nostris Statutis, nec jure  
Elect. Saxon. ademptum, sed ibi c) tantum de imputatione filia-  
rum Gerade in Legitimam actum est: noviora vero jura d) ita  
interpretanda sunt, ut supra jam citato argumento utar, quo mi-  
nus a communi recedant; maxime cum hic de præjudicio clericor-  
um agatur, quibus jure communi in gerada materna jus quasi-  
situm, quod iis extra expressa verba ademptum minime censum-  
dum*



dum est  $\epsilon$ ) tandemque filii nomine filiarum non continentur. l. 45. ff. de Leg. 2. Nihil itaque veremur illos ex istis oneribus in libertatem vindicare. vide omnimodo Lips. 1708. *habitan diff. D. Martini Lange, de success. Clericor. in matern. Gerad.*

## §. X.

Liberis denique aliisque cognatis deficientibus, etiam maritus Lipsiensis in omnia uxoris defunctæ mobilia pariter ac immobilia & geradica, ex edicto Prætoris unde vir & uxor l. un. c. unde vir & uxor. succedit. (a) De quo eo minus dubitandum, cum successio non tantum mariti jure civili fundata sit, sed & ipso jure (b) Saxon. illi competat (c) & quidem adeo perfecte, ut nec intra certum tempus voluntatem suam declarare, nec ad instar agnatorum & cognatorum b. p. secundum §. 4. J. de bon. poss. petere obstrictus sit, (d) quod multo magis obtinere dicendum, si jam sit in possessione rerum hereditariarum & se pro herede gerat. (e) Nihilominus tamen, sicut moribus Saxon. ad succedendum sibi invicem etiam Lipsiæ conjuges, nisi thalamum conscenderit, (f) non admittuntur; ita & hoc, si maritus Lips. uxori ex edicto Prætoris unde vir & uxor, succedere intendit, requiri, omnino dicendum est.

*Succedit etiam maritus quandoque in omnia uxoris bona.*

*Si thalam. conscenderit.*

(a) Hanc etiam successionem Lipsiæ nostræ attendi, Judiciorum observantia, ac Jctorum auctoritate comprobatur, testibus Berg. *Oecon. jur. l. 2. t. 4. §. 46. n. 1. §. 47. n. 6. Sevendenbürg. de action. probatur: testim. Doctores. Def. 31. & illustr. Wernher Vol. 1. Observ. for. P. 2. Observ. 485. qui novissimum Præjudicium subnectit, & imprimis D. Friesius noster de bonor. Poss. unde vir & uxor Lips. 1715. habit. Disput. §. 18. 19. 20.*

*Hanc success. Lips. obtinere probatur: testim. Doctores.*

(b) *Artic. 58. Weichb. vers. Stirbt eine Frau ohne Erben, sie erbet ihr Theil auf ihren nechsten Magen, hat sie aber derer nicht, sie erbet es auf ihren Mann.* *per jus Saxon.*

(c) Sic etiam casum hunc inter Senatam & civem Lips. de bonorum poss. unde vir & uxor controversum, Potentissimus Rex noster *Per Noviss. præjudicium.*

E

novif-



novissime 2. Oct. an. 1713. decidit, mandato hac de re dato ad Senatatum in *Actis der Simonin Lehns- Reichung* betreffend.

*Nec opus est ut  
intra certum  
tempus petatur.*

(d) Sunt enim conjuges in ultimo ordine, & nemini per non factam declarationem præjudicant. Fisci vero ratio hic habenda non est, utpote qui non admittitur, nisi adsint bona vacantia. l. 4. C. de bon. vacant. deinde 2) nullibi in textibus statuta tempora 100. dierum ad conjuges accommodantur, sed tantum de agnatis & cognatis agitur §. 4. J. d. b. p. hinc hæc dispositio ultra verborum tenorem non est extendenda, l. 155. de R. J. §. 2. tandem 3) ex omnibus circumstantiis apparet, spatium 100 dierum non intuitu fisci, sed propter antecedentes ordines esse adinventum; In hac successione vero tantum cum fisco agitur, & ea ad hunc excludendum est introducta tit. ff. C. unde vir & uxor, ergo & hic per l. 10. ff. de jur. fisci contra fiscum est respondendum, vid. Dn. Friesii citat. disp. §. 31. 32. 33.

*Imprimis si sit  
in possessione.*

(e) Facto ipso enim, se pro herede gerendo & nuda voluntate quis heres fieri potest §. 6. J. de hered. qual. & dif. nec, contradicatore haud existente, declaratione opus habet, dum possidens non agit §. 2. J. de action. hinc si quis facto ipso se heredem esse testatur, verbali declaratione amplius opus non est. Quem in modum etiam Domini Scab. Lips. novissim. 1714. marito quodam Lipsiensi defuncto, uxori superstiti respondisse vide sis in *Barthii Hodoget. c. 3. §. 22. sub lit. E.*

*Ad hanc succ.  
tamen requiri-  
tur totum suis-  
se consensum.*

(f) Dissentit quidem *Berg, Oecon. jur. L. 2. T. 4. §. 42. & Wern. Obs. for. Vol. 2. P. 3. Obs. 33.* ex eo, quod successio hæc ex jure civili æstimanda; eo jure vero consensio thalami neatiquam requiratur, præterea causa, de qua hic agatur, sit favorabilis & in dubio contra fiscum l. 10. ff. de jure fisci pronuncietur. Ast quamquam successio ista tantum ex jure civili sit æstimanda, notandum tamen, hoc fieri ex ea ratione, quia jure Saxon. hac de re contrarium non dispositum reperitur. Quod tamen de thalami consensione non æque dicendum erit, Jur. Saxon. enim ad id, ut consummatum dici possit matrimonium, non modo consensus, sed etiam consensio tori prærequiritur; hinc nisi ea insimul præcesserit, consummatum esse nec dici, nec omnes effectus inducere, nec superstes successionem ex eo præterdere valet, ut asse-



asserit Einckelhaus in *Liff. inaug. Quæst. theor. pract. Quæst. 8.* Quod expressis verbis in *Const. Elect. 19. P. 3.* Wenn dasselbige Ver- te beschriben geschehen, so soll alsdenn v. declaratur. Nec alterum nos movet argumentum. Legem enim allegatam huc non quadrare, ex eo apparet, quod ut conjuges, sic etiam filius pro se habeant jus commune. Deinde valet tantum d. lex, quando tractatur de lucro filii, & damno privati in poena fisco applicanda; secus ubi, ut in proposito, agitur de damno filii. Tandem d. l. per Doctores intelligitur de eo casu, cum ambigitur de privilegio filii, hic vero de privilegio filii plane non agitur; sicut respondet Kohl. de *success. conjug. P. 1. n. u.*

## §. XI.

Ordine nunc ducimur ad successionem viduarum (a) *De succ. viduarum Lips. Statutis nostris datur viduæ optio, illata repetendi.* Lipf. Cum vero illis vel illata repetendi, vel portionem statuatariam eligendi, per Statuta nostra optio (b) detur; quid utroque casu de jure fiat, indagandum est. Licet igitur nostris statutis, si placet, uxori, omnia sua quæ marito unquam intulit bona revocare. Unde sequitur, quod his electis ad uxorem redeant dos l. 30. *C. de jure dot.* quæ, si in immobilibus consistat illico, in mobilibus vero intra annum l. un. §. 7. *C. de rei. uxor. act.* & quidem vel in natura, vel si hoc fieri nequeat, ejus æstimatio præstanda l. 42. §. l. 17. *ff. de jure dot.* bona etiam paraphernalia tam mobilia, quam immobilia, & horum nomine annui redditus, sive ex bonis immobilibus, sive sola personali obligatione uxori debeantur: (c) Item prædia proprio uxoris nomine ex pecunia dotali emta l. 6. *C. si quis alteri vel sibi sub alter.* pari modo quæ socer in subsidium paternum genero dedit, si alicujus momenti; non æque si modicum sit: in hoc siquidem animus donandi præsumitur l. 11. *C. de negot. gest.* non vero in illo, cum nemo suum jactasse præsumitur, l. 25. *ff. de probat.* partes metallicæ; Rufus, Bergtheile, (d) & omne illud, quod mortuo marito de proventibus metallicis superest, (e) immo illis, durante matrimonio, consumtis, horum æstimatio; (f) porro expensæ nuptiales, si in dotem imputatæ l. 26. §. 2. *ff. de pact. dotal.* l. 8. *c. de jure dotium,* velut bona illata a marito acceptatæ



ceptatæ fuerunt l. i. §. 6. ff. deposit. deinde dimidia pars donorum nuptialium (g) si in natura extant, (h) quod si vero consumpta, aut durante matrimonio alienata fuerint, nec amplius reperiantur, eorum æstimatio peti nequit. (i) Porro Legatum a marito uxori relictum: (k) itidem acquisita ab uxore durante matrimonio: (l) eodem modo omne, quod uxori jure hereditario obvenit, vel dum matrimonium duravit donatum fuit: (m) hinc etiam pars dimidia rei immobilis allodialis, quæ ad maritum pertinuit, quaque uxor dum maritus viveret, investita fuit. (n) In omnibus tamen his casibus, vidua illata (o) probare necesse habet, quo factò res extantes (p) illi in natura, reliquarum æstimatio traditur (q). Cæterum perinde, ut aliæ Saxonie Electoralis viduæ, nostra quoque Lipsi, neque hypothecca in bonis mariti, nisi expresse constituta fuerit, (r) neque jure Prælationis, neque retentionis, moto concursu gaudet. (s)

*De distinctio.  
inter viduam  
nobilem & non  
nobilem.*

(a) Scio quidem Doctores, si de successione uxorum agunt, distinguere regulariter inter nobiles, & ignobiles. Ast cum Statuta nostra proprie non nobilium, sed civium potius causa condita fuerint, de eorumque applicatione ad nobiles raro vel nunquam easum ex infra §. 16. lit. i. dictis extitutum credam; spero fore, ut a Lectore, si eum ratione successions uxorum nobilium ad jura nostra Provincialia remisero, veniam sum impretaturus.

*viduæ optio illata  
repetendi  
competit ex  
Statut. nostr.  
Lipsi. 28.*

(b) *Artic. 28. Statut. Lipsi.* Wann einem Weibe der Mann stirbt, mit welchem keine Ehestiftung aufgerichtet worden, demselben Weibe soll frey stehen, und die *Optio* zugelassen seyn, ihr eingebracht Guth zu fordern, oder nach *Conferirung* aller ihrer Güther aus ihres Mannes verlassenen Erbschafft den dritten Theil neben voller Gerade zu nehmen. quanquam enim omnino cum Goldbeck. *tr. de Gerada c. 5. tit. d. prim. ord. succed. n. 33.* portionem statutariam eligendi vel repetendi illata, in Electoratu Saxon. ac extra ejusdem Provincias viduæ regulariter comperere, dicendum fit, quoniam inducta in alienjus favorem statuta, in ejusdem odium non debent retorqueri, & quia cuilibet licet hereditatem repudiare, & quia abstinens hereditate non tenetur conferre; ista



ista tamen regula suas patitur exceptiones, si scilicet statuto loci alicujus certa portio, sub expresso collationis bonorum onere, mulieri defertur; tunc enim optio cessat. *Const. 20. P. 3. in prin. vers. oder sonstigen des Orts* &c. eine Willkühr. quod deinde speciali Rescripto *Elect. Christiani. II. 15. Dec. 1606.* quod vide sis in *Cod. August. Vol. 1. pag. 168.* ut supra §. 4. l. f. diximus, corroboratum est. *verb. Hinführo auf das Statutum precise geurtheilet und der Wittwen dießfalls die Option und Wahl zu ihren Einbringen nicht verstatet werden soll. Cui dubio majores nostri peculiari 13. Febr. 1597. promulgato statuto occurrerunt, viduisque illata repetendi, vel portionem statuti, eligendi, optionem reliquerunt.*

(c) *Const. Elect. 24. P. 7. vers. Damit nun solches in unsern Landen* &c. *Annui redditus inter immobilia referantur.*  
 daß sie die Haupt-Summe vor unbewegliche Güter erkennen sollen, & per generalitatem textus in *Clement. exiv. l. vers. cunqve annui redditus. tit. de V.S.*

(d) *Const. El. 25. P. 3. verb. Das Bergtheil und also die Partes metallice* unter unbewegliche Güter zu rechnen. *Ut & partes metallice.*

(e) *d. Const. verb. Wo dann das Weib nach dem Manne im Leben* *Quod exprovent metall. super est, ad uxorem redit. Quod ad Blau-Farbent Werck fructus non extenden.*  
 bliebe, so soll von solcher Ausbeute alles was übrig und noch vorhanden, dem Weibe bleiben und folgen; quod tamen ad proventus ex fodina caerulei coloris, Blau Farben Werck, dotali, a marito perceptos, neutiquam extendendum est; cum proventus isti ab illis qui ex metalli fodinis veniunt, plane sint diversi, ideoque quod de metallifodinis dispositum, huc trahi non possit. Sicuti enim ea, quorum diversa plane natura est, diversosque effectus produciunt, pro iisdem ac proprie similibus haberi non possunt; ita etiam diversa in illis jura, nisi aliud expresse cautum sit, obtinere intelliguntur, & hinc ista marito jure dominii irrevocabiliter cedunt, vid. *Wernber. Vol. 1. P. 1. Obs. 28.*

(f) *Contrarium quidem ex verb. d. C. was übrig und noch vorhanden, uxorem nempe superstitem, proventus jam consumtos & non amplius extantes haud repetere posse, eosque potius ad maritum tanquam usufructuarium pertinere, sequi viderur. At cum redditus metalli d. Const. reliquis bonis uxoris mobilibus equiparentur, in verb. Vor solche bewegliche Güter, so dem Weibe son-* *Proventus metall. consumt. estimatio, vidua datur.*  
 stien.



sten in der Ehe zukommen, geachtet werden, quorum dominium maritus defuncta demum uxore consequitur, qui casus etiam *d. Const.* præsupponitur *verb.* Wann dann darauf das Weib vor den Manne verstürbe, so verfallen dieselbige auf den Mann, prætereaque proventus metallici non instar fructuum in his terris percipiantur, quia haud renascuntur *d. Const. verb.* nicht vor fructus renascentes, l. 7. §. 13. ff. solut. matrim. junct. l. 32. ff. de jure doti. sed pro mobilibus habentur *d. Const.* 25. hinc viduam proventus, qui supersunt, ad Deponentis exemplum, vindicare l. 24. §. 2. ff. de reb. aut. jud. possid. & consumtorum aestimationem repetere posse l. 7. §. 2. seq. ff. deposit. cum *Garpz. ad dict. Const.* 25. *Def.* 3. 4. & *Berger in Oecon. jur.* l. 2. t. 3. §. 19. *Not.* 6. dicendum est,

*U. & dimidia*  
*donorum nupt.*  
*pari.*

(g) *Const. Elect.* 22. P. 3. *verb.* Wenn aber nach des Mannes Absterben sich ein Fall begeben, und zutrüge, daß der Frauen ihr eingebracht Guth wiederum folgen sollte, als denn soll der Frauen alleine in diesen Fall der halbe Theil solches Geschenkes, so viel davon vorhanden, verreichet werden.

*Si in natura*  
*extant.*

(h) Et tunc si extant, moro etiam concursu creditorum, separantur ab aliis rebus, uxoriq; dominæ restituuntur per *Ord. Proc. Saxon. Tit.* 42. §. 1. *vers.* und solche Stücke Guths, das ihnen zugehöret, noch vorhanden, und in Summa so offte einer das, was ihm eigenthümlich zustehet, fodert, es belange gleich bewegliche oder unbewegliche Güther, so soll es ihm vor allen andern Gläubigern zugestellet werden, quod & *noviss. Ord. Proc. ad Tit.* 42. in *pr.* confirmatum fuit.

*Non vero con-*  
*sumtorum*  
*aestimatio.*

*except. casib.*

(i) *Per Decis. Elect.* 51. *vers.* Wenn aber solches veräußert, *re.* quod tamen limitatur 1) si parens sponsæ sumtus nuptiales impendens, omnia ea, quæ in nuptiis donata fuere, in dotem computaverit, eaque sponsus dotis lege acceptaverit *Dec. d. vers.* Dahin denn auch zu ziehen. 2) Si inventarium seu specificatio super istiusmodi donis confecta, & a marito ab una, uxorisque patre vel curatore, vel alio proximo cognato ab altera parte subscripta, ibique res donata prout utrique parti placuerit, aestimata & aestimato, marito tradita fuerint, *dic. Dec. verb.* Hierüber hat es ebenmäßige. 3) Si inter doaa nuptialia, mobilia, quæ ad Geradam alias pertinent, & in uxoris usu & possessione reperta, a ma-  
rito



rito autem iterum avocata & consumpta fuerint; *verb. Wenn un-  
ter demselben gerade Stücken* &c. hisce casibus enim uxori ejus-  
que heredibus earum rerum æstimationem ad instar aliorum Pa-  
raphernalium & illatorum repetere integrum relinquitur, *verb.  
Denn auf diese Fälle, dict. Decis. 51 & Philipp. Observ. ibid.* Un-  
de simul apparet *Carpzov.* opiniones: uxori etiam donorum  
nuptialium, quæ non extant, æstimationem solvendam, eamque  
si eorum quantitatem juramento indicare velit admittendam  
esse; nec viduam, sed mariti heredes ad ea oppignorata a marito,  
luenda cogi, *Def. 6. 7. 9. ad Const. Elect. 22.* extra dictos casus pla-  
ne non esse fundatas.

(k) Uxor enim illata & Legatùm simul petere potest. Quia, cum *Cum illatis le-  
Legatùm sit donatio §. 1. Inst. de Legat.,* non præsumitur animo *gatum capis.*  
compensandi relictum: qui enim compensat, non donat, insu-  
perque *l. un. §. 3. c. de Rei. uxor. act.* hic casus disertis verbis de-  
cisus est, cum manifestissimum sit, testatorem voluisse viduam  
utrumque consequi.

(l) Non hic loquimur cum *Heigio P. 1. qu. 29.* de acquisitis a maritis *Acquisita du-  
ex uxorum bonis constante matrimonio, nec de partis societate rante matri-  
negotiationis, nec de illis, quæ utriusque conjugis labore & in- monio oper-  
dustria parata, vel a marito uxori relicta & donata sunt, cum artific.*  
*Carpzov. ad Constit. Elect. 25. P. 3. Def. 8. 9. 12.* sed tantummodo  
cum *Berger. Oecon. jur. l. 1. t. 3. §. 8.* de illis, quæ uxor seorsim,  
nullo habito ad personam mariti respectu, si sit e. g. obstetrix,  
lotrix, netrix, aut mercatrix, operis suis artificialibus, quas mari-  
to non debet *l. 48. ff. de oper. libert.* acquirit. Ea enim marito  
non cedunt, sed ad instar additamenti dotis, quod sicut dos ipsa  
reddendum *l. 26. ff. de pact. dot. §. 2* & thesauri in fundo dotali  
inveni, qui etiam in fructus dotis non computatur *l. 7. 8. 12. ff.  
solut. matrim.* mulieris propria esse bona, putantur: imprimis si  
uxor unde ea habeat, demonstrare possit. Hoc enim *l. 51. ff. &  
l. 6. c. de donat. inter vir. & uxor.* ad contrariam quæ pro marito  
alias militat, præsumtionem tantum requisitur excludendam:  
Quo ipso tamen maritum a perceptione usufri. lege Saxon. debi-  
tuit, etiam intuitu horum, quæ durante matrimonio uxor lucrata  
fuit, neutiquam excludere animus est.

(m) Omne



*Et que vidue  
durante ma-  
trim. alien-  
de obvene-  
runt.*

*Dimidia pars  
rei immobilis  
aliodivul.*

*Illata tamen  
vidua probare  
debet.*

*Sique fatale  
neglexerit, in  
integr. rest.*

*Illata, que ex-  
tant, in natura  
accipit.*

*Et quidem jure  
perfecto, quod  
exemplo decla-  
ratur.*

(m) Omne enim quod uxori, *Heigius* inquit *P. 1. qu. 30.* donatum, vel aliunde jure hereditario obventum, vel hujus pecunia comparatum fuerit, tam ipsi quam heredibus illius relinquendum esse constat, art. 76. l. 3. *Landr.* quo cum consensit *Carpzov. ad Const. El. 25. P. 3. Def. 14. & Ord. Pr. Sax. Tit. 42. §. 1. vers.* Desgleichen wenn etwan ein Weib von ihren Freunden etwas geerbet.

(n) Eo ipso enim cum maritus mortuus est, plenum ac irrevocabile Dominium dimidia Partis, cujus investitura consecuta est uxor, adipiscitur: morte quippe confirmata est donatio, adeoque omnes effectus domini in eadem conspirant v. *Dn. Carol. Frider. Romani nostri diss. de dimid. invest. que fit inter conjug. §. 26.* ubi & hujus investitura, Dasß der Mann sein Weib mit in die halbe Leh'n nimmt, qua nullo precedente titulo, nititur, & constante matrimonio peragitur, observantiam Lipsiæ *responsio Scab. Lips. §. 19.* confirmat, eamque pro donatione mortis causa esse habendam demonstrat.

(o) Bona quæ repetit uxor, marito illata fuisse, probanda sunt l. *affiduis 12. c. qui potior in pign. §. 1. ver. sitamen.* Per illata vero omnia uxoris bona tam dotalia, quam paraphernalia intelligi, apparet exinde, quod *Const. El. 28. P. 1. vers.* so viel sie das erweisen kan. *& Decis. 4. in Rubr.* zu Beweisung ihres Einbringens, generaliter loquuntur. Ubi notabis, solam quidem mariti confessionem heredes ad restitutionem illatorum obligare, l. *149. ff. d. Reg. Jur.* non æque Creditores. Horum enim intuitu, testimonium ejus suspectum & plenum consilii fraudis, & simulationis habetur l. *27. ff. de probat. vid. Berg. Oecon. Jur. l. 1. t. 3. §. 10. Carpzov. ad Constit. 28. P. 1. Def. 70. seq. & Wernh. Vol. 1. Obs. 341.* Quod si vero uxor terminum, quo illata sua probare debuit, non attenderit, denuo ad demonstrationem admittitur, succurriturque ipsi per restitutionem in integrum *Decis. Elect. 4. & Philipp. ibid. obs. 5.*

(p) Per §. 1. *Ord. Pr. Sax. verb.* Desgleichen, wenn etwan ein Weib, *& vers.* ingleichen, was seinem Ehe-Weibe, a concursu separantur & uxori earum domina restituantur, v. *Carpz. ad Const. El. 28. P. 1. Def. 13.*

(q) Quas res omnes jure adeo perfecto consequitur, ut ne quidem ex locatione conductione fundi sui a marito tanquam usufructuariis



Quariorum inita, post ejus mortem statim extincta, teneatur, *secund.*  
*Berg. econ. juris L. 3. T. 5. §. 26.* nec loco pecuniæ numerata bona  
 immobilia in solutum acceptare cogi possit, exemplo Creditoris  
*l. 4. C. de bon. aut. jud. possid. l. 2. §. 1. ff. si cert. petat*; nec liberi  
 priusquam illi de bonis suis satisfactum fuerit, legitimam  
 petere queant. Bona enim non intelliguntur, nisi quæ deducto  
 are alieno supersunt, *l. 39. ff. de verb. signif. Carpz. ad Const. 20. def.*  
*32. & const. 28. P. 1. def. 100.*

(r) *Verbis*: Daß weder einem Eheweibe *ratione dotis*, hinführo ein *Vidue illator.*  
*jus Prælationis*, oder auch nur ein *jus reale* zustehen solle, wenn sie *nomine non*  
 sich deswegen nicht eine *Gerichtl. Hypothec* constituiren lassen. *ad compet. Hy-*  
*potheca.*  
*Tit. 43. Ord. Proc. Sax. recogn. & ad Tit. 41. Si. vers. und sollen in*  
 übrigen diejenigen, so ein *jus retentionis*, Unterpfand oder ander  
 dergleichen Recht daran zu haben vermeinen, an die Kauffgelder  
 sich gebührend zu halten schlechter dinges angewiesen werden.

(s) *Quin imo omnes non modo donationes, quæ ejusmodi debito-*  
*ris uxor a suo marito nacta est, etsi tunc solvendo fuerit, si adhuc*  
*extant, nulliter & invalide factas censeris; sed una cum mundo mul-*  
*liebri, argenteis aliisque rebus geradicis pretiosioribus, quas uxor*  
*durante matrimonio, ex facultatibus mariti adepta, ad massam*  
*concurfus, nisi easdem marito intulisse, vel aliunde acquisivisse*  
*demonstrare vel juramento supplere possit, conferri, aut illis, quæ*  
*ipsa petere habet, impurari eaque omnia hoc etiam casu, si mari-*  
*tus uxori domus aliaque immobilia emerit, observari, quid quod*  
*si maritum ob mulieris culpam, dolum vel fraudes ad inopiam*  
*pervenisse, probari possit, illi illatorum repetitionem, pro ratio-*  
*ne circumstantiarum denegari, eamque arbitrarie insuper puniri*  
*debere, verbis expressis. §. 15. 1724. publicati Edicti de Banqueruptor.*  
*legimus constitutum. vid. Dn. Joh. Gottfr. Baueri Diff. Lipsie*  
*1725. habit. de Donationibus inter Conjug. Saxon. moto concursu cre-*  
*dit. invalidis secundum Edict. Regium de Banquerupt.*

§. XII.

Quodsi tamen uxori illata repetere non e re sua videa- *Vidue tamen*  
 tur, ad alterum statutis nostris ipsi datum beneficium reslire, *optio datur, an,*  
 & tertiam potest eligere (a) partem, quæ viduæ ex omnibus *illatis non re-*  
 F &



*petitis, tertiam  
hereditatis  
mariti partem  
eligere velit.*

& universis mariti bonis (b), deducto ære alieno, exsolvenda (c) est, ita ut conjux conjugi in emolumentis jure vel statuto debitis, nullo plane modo præjudicare possit. Siquidem tertiam illam partem uxori Lipsi. nec per testamentum auferre, nec legato & fideicommissio gravare, nec per donationem inter vivos aliumve contractum, nec per æstimationem ac taxationem bonorum viliori pretio factam, diminuere maritus valet: (d) quid quod nisi de tertia illa parte viduæ satisfactum, Legitimam petere liberi nequeunt, sed præterea omnia, quæ a patre illis destinata sunt, tenentur conferre. Nec tamen viduæ nostræ partem istam tertiam, nisi collatis omnibus suis propriis bonis (e) lucrantur. Quod ad omnia extra Lipsiam Electoratumque (f) æque, quam in illa illoque sita bona, dona nuptialia, credita, quorum dies nondum cessit; legata, aliaque in testamento sibi a marito relicta, fructus a muliere, quæ vivente marito bonis suis ipsa usufruitur, perceptos, (g) extenditur. Quæ singula si Partem istam tertiam elegerit *l. 15. ff. de reb. auct. jud. possid.* mediante inventario vel jurejurando conferre debet. Nec tamen vidua nostra si ad instar viduarum nobilium, quibus relicto jure dotalitii, Morgengabæ & comestibilium, jure plebejarum succedere & portionem statutariam *Cons. c. 37. P. 3.* petere licet; portionem repudiare & jure Nobilium in Dotalitio, Morgengaba & Comestibilibus succedere velit, audienda (h) erit.

*Optionis jus  
vid tantum  
& descendentibus  
competit.*

(a) *Statut. Lipsi. 28. verb. oder nach Conferirung aller ihrer Güther 20. den dritten Theil.* Optionis hujus jus uxoris ejusque liberis & descendentibus, ad instar privilegii dotis, quod tamen est personalissimum, competit, & ad 30. usque annos durat, nisi a iudice brevioris temporis spatium præfinitum fuerit. *Carpzov. ad const. 20. P. 3. def. 41.* non vero ad ejus ascendentes, collaterales vel heredes extraneos, nec ad maritum secundum, ea, antequam jure hoc ulâ fuerit, defuncta, transmittitur, *l. un. C. de privil. dot. Nov. 91.* nec liberis, nec extraneis heredibus, nec uxori ipsi, portione Statut. electa, amplius variare licet, *Carpz. d. h. d. 42. 43. 44. Berg. & con. jur. l. 2. T. 4. S. 45. No. 6.*

(b) Id-



- (b) Idque indistincte sive liberi extent, sive non. generaliter enim loquitur statutum: Et cum verba generalia, generaliter sint intelligenda, & qui universaliter quid affirmat, nihil excludat. l. i. ff. §. debetur. *Tertia pars ex omnibus bonis debetur.* generaliter de Legat. pr. est. & C. si Romanorum i. dist. 19. hinc & statutum nostrum de casu utroque generaliter intelligi debet.
- (c) *Per textum Constit. Elect. 20. P. 3. Aus allen ihren verstorbenen Manns Güthern generalem.* Excipit quidem ab illis *Carpzov. Quod ampliat.* def. 19. 20. 21. ad const. 20. P. 3. bona mariti extra territorium Electoratus Saxon. sita, item feudalia & fideicommissa subjecta. Quamquam vero quoad primam exceptionem, ea propter quod constitutiones statutariæ non extendantur extra territorium, nec ad bona alibi extra civitatem, auffer dem Weichbild, vel territorium sita pertineant, l. ult. C. de jurisd. omni. judic. l. i. C. de susp. tutor. eidem consentiamus: quod tamen ad secundam & tertiam attinet, non possumus non dissentire. Non enim hic sermo est de successione in ejusmodi bona, sed tantum quaeritur, an & illa posteriora, quando viduæ portio statutaria ex omnibus mariti facultatibus solvitur, in computationem veniant? quod nobis ob generalitatem tam nostri statuti, quam *Constit. El. 20. P. 3.* & argumento feudi ipsius & rei alienæ, quibus utrisque legatis, vel res ipsa, vel earum æstimatio; immo argumento legitimæ, quæ, si noviter acquisitum sit feudum, filia exinde per *const. quam in Codic. Aug. Vol. 1. p. 132.* vide sis, deberetur. l. 14. ff. §. 2. de legat. 3. & *Stryck. exam. jur. feud. c. 14. qu. 16.* & *Horn. Jurispr. feud. c. 14. §. 8. in fin.* asserendum videtur.
- (d) *Constit. El. 7. P. 3. vers. Gar oder zum Theil zu entwenden.* Remittimus tamen Lectorem, qui materiam hanc fusius tractatam desiderat, ad *Dn. Job. Christ. Schacher. diss. de Portione statutar. quatenus illi præjudicium inferri possit a conjugibus Lips. 1692. habitam.* *Nec tertia præjudicari potest.* Hoc tamen cum grano salis accipiendum est, videlicet, si fiat invita conjugum superstite. Aliud dicendum, si pactis dotabilibus hac de re conventum *Carpz. ad const. 7. P. 3. d. 12.* vel si uxor cum curatore, marito testanti consenserit. Hoc enim necessario requiri cum *Berg. æcon. jur. L. 2. T. 4. §. 45. N. 4.* credimus ex ratione ea, quod jura non permittant, aliquam tutorem suo ipsomet auctore obligari l. 5. ff. de auctor. tutor. & §. ultim. ff. de auctor. tut.



*Confert vidua  
illa tantum,  
que cum mari-  
tus mortuus est  
habuit.*

(e) *Verba Statuti nostri* 28. Nach Conferirung aller ihrer Güther & Confit. 20. P. 3. alle ihre eingebrachte, anererbte und andere Güther. Sub illis tamen non comprehenduntur, quæ vidua post mariti mortem acquisiuit, sed tantum quæ tempore mortis ejusdem jam habuit. Odiosum enim est collationis onus & de jure civili in persona extranea incognitum, stricte ergo, quantum potest, accipiendum, & ad bona ab uxore, quæ post mariti obitum in communiione cum liberis, per aliquot legatis annos permansit, operis suis vel aliunde, hereditatibus aut legatis acquisita, non extendendum. *Carpz. ad const. Elect. 20. P. 3. d. 28.*

*Confert bona  
etiam extra  
territor. Sax-  
onia.*

(f) Obstare quidem videtur, quod mariti bona extra Lipsiam & Electoratum sita, in computationem Portionis statutar. non veniant. Sed respondemus, rationem diversitatis in eo consistere, quod mulier hunc in finem conferat, quo majus commodum inde sentiat, & hoc non coacte, sed voluntarie faciat. Quodsi vero collationem recuset, ad eam non poterit cogi; portionis tamen statutar. etiam non particeps erit. *Const. 20. P. 3. in fin. verb. iedoch soll der Frauen 2c.*

*Confert fru-  
itus ex bonis  
perceptis, qui-  
bus ipsa usuf.*

(g) Quod propter jus ususfr. marito debiti, quem uxor per id intercepit, *arg. l. 66. ff. de condic. indebit. Carpz. def. 6. ad const. 25. P. 3. verum esse putat.*

*Vidua nostra  
jure nobilitum  
succedere non  
potest.*

(h) Lipsiæ nostræ quæstio ista non videtur otiosa. Cum enim ibidem cives opulentiores sæpius sibi feuda comparare soleant, & plura prædia feudalia, quæ civitatem circum adjacent, possideant, cur non etiam casus existeret aliquando potest, quod vidua ejusmodi civilis ad instar nobilis succedere velit? Quod illi neutiquam permittendum. Hoc enim jus successionis, genere & familia nobilibus, quæ patre avoque milite nate sunt, hat nicht Ritter-Recht, sein Vater und Aelter Vater seyn denn solche Leute gewesen. *lehre. cap. 2. & in pr. Pfaffen und Frauen, Bauren und Kaufleute.* solum modo speciale concessum videtur. *Const. El. 34. & 37. P. 3. verb. Von Ritters Art.* Quod nec illi, si a marito Lips. non nobili in matrimonium ducta, amplius competit, licet ex genere nobili procreata sit. Eo ipso enim, quod civi vel alii ignobili nupserit, dignitatem & nobilitatem amittit. *l. 8. ff. de Senator. l. 1. C. de dign. & imprimis l. fin. C. de incol.* Consentit *Carpz. 200.*



200. ad constit. 37. P. 3. def. 1. 2. & Goldbec. tr. de Gerad. c. 5. de prim. ordin. success. & Richter de success. ab intest. sect. 4. Membr. 4. §. 28. 29. ubi ita responsum attestatur.

## §. XIII.

Utroque tamen casu, sive portionem statutariam Ter-  
tiam eligat, sive illata repetat, jure consequitur pleno Gerad-  
dam (a). Siquidem hocce casu non modo marito illatam,  
sed & durante matrimonio ab illo in usum rei familiaris com-  
paratam (b) nanciscitur; (c) Illo vero præcipuam habet omni-  
modam statuti nostri (d) benignitate. Sicut autem Gerada  
potissimum ex usu & possessione mulieris æstimatur, (e) ita  
omnes quæ quovis modo ad Geradam referuntur species (f),  
quæque mortis tempore in mariti bonis (g) sunt, quocumque  
etiam loco extra Lipsiam Electoratumque (h) reperiuntur,  
illi perfecte debentur. Tantum igitur abest, ut æs mariti  
alienum (i) ex geradicis istis rebus solvere, aut luere teneatur  
oppignoratas (k), ut proprio potius easdem motu, (l) quæ ex-  
tant, occupare, cetera vero vindicare possit.

*Utroque casu  
vidua nostra  
consequitur  
Geradam.*

(a) Gerada, quæ aliis etiam suppellex, bona Paraphernalia, Arre-  
dium, jocalia, utensilia, suppellectilia vocatur, *Goldbec. de Gerad.  
in Proem. §. 1. seqq.* est universitas certarum rerum mobilium,  
usui ornatuique muliebri inservientium, sexus sequioris gratia  
introducitur *art. 76. Landr. l. 3. gloss. verb. ist denen Frauen alleine  
aus Gnaden gegeben worden.* Dividitur illa in ordinariam eam-  
que vel plenam nempe uxorum, vel minus plenam cognata-  
rum, & extraordinariam, quæ masculo clerico defertur. Dein-  
de dividitur in geradam Nobilium & non nobilium, quæ tamen  
si oves, anferes, annates, currumque excipias, cum illa fere con-  
venit, duciturque suam originem ex tacito populi Saxon. consen-  
su, quem usus postea confirmavit, cujus siquidem instituti auctor  
penitus ignoratur. Henricum enim Aucupem Imperator. in  
campis Martisburgensibus Hunnorum victorem, in solatium  
extinctorum in prælio isto maritorum, jus singulare Gerada, in  
eaque successione præcipuam eorum uxoribus ordinasse pri-  
mum, nec *Petr. Heigio P. 1. quest. 81. nec Georg. Wernhero in diff.*

*De Gerada  
origine divi-  
sione & defini-  
tione.*



de Heergewetta, apud Struv. asserere, quod Barthius tr. de Gerad. cap. 1. §. 1. contendit, unquam in mentem venisse, ipsis eorum scriptis inspectis, clare satis se manifestat. Quicquid vero eorum sit, Saxonica tantum originis Geradam, & Saxonibus folis, quique eorum instituta sequuntur, Silesiis, Bohemis, Polonisque in usu esse, constat. *Goldbec. de Gerad. c. 3. §. 6.*

Debetur viduae Gerada ex legis dispositione.

(b) Illatam per *Const. 20. P. 3. zu ihren eingebrachten Guthe*, & acquisitam. Debetur enim viduae ex Legis Saxon. dispositione, defuncto marito, superstiti, Gerada *art. 24. l. 1. Landr.* Et nihil sic aucti alles das zur Gerade gehöret ic. hinc & eam non tam ex bonis mariti, quam jure proprio capit per *Const. Elect. 33. P. 3.* cui accedit, quod portionem statuti eligens, eam juxta *Constit. 20. P. 3.* inter alia sua bona propria conferre debeat: unde e contrario sequitur, ista portione neglecta, Geradam cum ceteris illatis ad viduam nostram redire. Quod etiam *Goldb. de Gerad. c. 5. de pr. ord. succe. n. 33. Carpz. ad Const. Elect. 20. P. 3. Def. 35. & Richter de success. ab intest. sect. 4.* affirmat.

Accipit Geradam tanquam propria sua bona.

(c) Neutiquam tamen cum *Goldbec. c. 5. §. 4. & Richt. de success. ab int. sect. 3. memb. 1. n. 123.* statuendum, maritum, ex cujus bonis Geradam ejus vidua consequitur, utensilia relinquere: Tantum enim femina, viri vero nunquam geradam ad successores transmittunt per text. in *art. 27. l. 1. Landr. vers. Ein ieglicher Mann*, & hinc uxorem ejusmodi res Geradicas tantum ut propria bona, quorum dominium jam, dum viveret maritus, habuit, postulare vindicareque cum *Barthio tr. de Gerad. c. 2. §. 2.* dicendum erit; quod vel inde apparet, quia cum uxor viro pramoritur, ejusmodi res, tanquam uxoris propria bona, in cognatam proximam transferuntur.

Eamque Lipsie precipuam habet.

(d) *Art. 28. Statut. Lips.* verb. Neben voller Gerade. Hoc merito plane jus singulare in viduis nostris Lipsi. observatur. Alias enim quando illis pars hereditatis tertia vel quarta datur, a perceptione Geradae mulieres penitus excluduntur *gl. in art. 24. verb. Was diese Dinget, & Const. Elect. 37. P. 3.* ita ut si illam optent, secundum *Const. El. 20. P. 3.* omnia sua bona, juncta Gerada conferre teneantur, adeoque, nisi cum quota bonorum quotam de ipsa Gerada non recipiant. *Goldbec de Ger. c. 5. de pr. Ord. succe. n. 12. & 16.* Unde eximium hoc mulierum nostrarum beneficium omnino dicendum esse, abunde patet. (e)



- (e) Res quæ ad Geradam referuntur, habentur quidem *art. 24. l. 1. Aestimatur Gerada potissim. ex usu & poss.*  
*Landr. art. 23. Weichb. Gl. Lehur. c. 56.* Ast cum quædam inter  
 jus antiquum & mores hodiernos intercedat differentia; de illis  
 vide sis *Struw. ad Matth. de success. ab int est. in append. it. Beyerum*  
*in Volckmanno emendato p. 77. seq. P. 3. & Barth. tr. de Gerad. c. 3.*  
 & quæ illorum omnium loco esse potest, *Dn. Godfr. Lud. Men-*  
*cken dissert. de Rebus Geradicis Lips. 1710. habit.* In primis vero ad  
 id, ut res sint geradica, requiritur, istas esse e numero specierum,  
 quas mores huc retulerunt, & quæ ad mundum, usum, ornatum-  
 que muliebrem faciunt; atque a vidua possideri. Possessio  
 enim & custodia sunt præcipuæ in viduis causæ geradæ, *art. 23.*  
*Weichbild. in ihren Gewehren zu haben,* quæ etiam custodia &  
 possessio exinde, quod mulier claves sive thecas, quibus Gerada  
 includitur, in sua custodia habuerit, *Goldb. de Gerad. de rebus quis*  
*ux. §. 17. Georg. Wernher. cit. diff. de Gerad. & Heergewett. apud*  
*Struw. §. 13.* itemque quod res quædam in hereditate inventæ,  
 muliebres & ad usum muliebrem accommodatæ sint, ita ut ex  
 aspectu, eas mulieris esse, facile dijudicari possit, præsumitur *Gold.*  
*c. 3. §. 24.* istam tamen possessionem non naturalem & veram tantum,  
 sed etiam civilem, ut mulier nempe res istas teneat animo si-  
 bi habendi, & ut proprias, *Barth. c. 4. §. 4.* & justam ac inculpa-  
 tam unbescholdne Gewehr und Eigenthum, *art. 20. Landr. l. 1. esse,*  
 necesse est; siquidem ex ea, ipsum tunc dominium *l. sicuti § sed*  
*eisi ff. si servit. vindic. l. 1. ff. famil. ercisc.* præsumi *Goldbec. c. 3. c. l.*  
*§. 14. testatur.*
- (f) Hinc & dona nuptialia geradica vidua Lips. insimul cum tertia *Ad viduam*  
 parte et aliis rebus Geradicis, contra mentem *constit. Elect. 22. P. 3.* *spektant quan-*  
 & quidem si extant, in natura, si vero consumpta vel a marito alie- *doque dona*  
 nata fuerunt, eorum æstimationem, sibi vindicat: qua etiam *nuptial.*  
 contenta esse debet, nec ut eadem oppignorata ab heredibus lu-  
 antur, ipsique in natura restituantur petere potest. *arg. dec. El. 51.*  
*vers. Den Werth solcher Stücke.* Cautelas quasdam hoc casu  
 uxoribus observandas, forsitan tamen non omnibus gratas, vide sis  
 in *Barthii tr. de Gerad. c. 3. §. 10.*
- (g) Unde notissimam illam clausulam in calce sententiarum appo- *Et gerada quæ*  
 ni consuetam: *Was aber der Stück nicht verhanden, das darff* *mortis tempore*  
*man nicht geben, fluxisse,* idque tantum in bonis mariti propriis, *in mariti bonis*  
 non *est.*



non vero in rebus procedere, quas una cum prædio sub inventario conduxit, finita locatione restituendas, recte statuit *Goldbec. de Ger. de rebus quas uxor. §. 11. & 14.* cum non plus juris in iis ad uxorem transferre possit, quam ipse habeat. *l. 54. ff. de reg. jur.*

*Quocumque  
extra Lips.  
Electorum-  
que loco sit.*

(h) Quod sequitur tam per *text. in artic. 22. Landr. l. 1. §.* nach diesen, ubi dicitur, quod mulier cum herede dividere teneatur domestica cibaria, quæ post tricesimum in omnibus mariti curiis, vel ejus potestate reperiuntur. *vers. in ieglichen Hoffe ihres Mannes, oder wo er die hatte in seinen Gewehren,* quam per *l. 16. ff. de pecul.* ubi quod mobilia, qualia & res geradicæ sunt, loco non circumscribantur, traditur, sed personæ cohæreant *l. nom. quæ accessio- num 2. ff. de pecul. legat.* nec astimentur ex loco, unde debentur, sed ex toto patrimonio & domicilio *l. 50. §. 1. 2. ff. de judic. l. 86. ff. de legat. 2.* hincque viduæ Gerada secundum consuetudinem loci ubi maritus domicilium habuit, deferatur, *Carpz. def. 54. P. 2. const. Elect. 14.* ut & inde quod mulier cum marito in communi- one per *art. 31. Landr.* fuerit, & res geradicas per supra dicta *lit. E.* jam possedisse præsumatur, ita ut heredes contrarium asserentes probandi onus subire cogantur, *Goldb. c. 3. §. 25. & Barth. h. c. 4. §. 4.* Quibuscum & ea quæ *Goldb. de Ger. c. de rebus quas uxor. §. 2. seq. & 8. ac Barth. de Gerad. c. 3. §. 6. & c. 2. §. 16.* habent, conveniunt.

*Nec solvit vi-  
dua ex Gerada  
ex mariti alie-  
num.*

(i) Vidua enim debita a viro contracta de gerada solvere non tene- tur, sed eam habet sine onere, sive bona creditoribus sufficient, sive non, ait *Goldbec. c. 9. §. 77.* probatque illud per *tot. tit. c. ne uxor pro marito; & Gl. germ. in art. 24. Landr. l. 1.* verbis: *Was auch dieses Dinges, ubi und dürfen daran keine Schuld gelten;* & recte omnino, siquidem uxor geradam non jure hereditario vel titulo successionis, sed beneficio Legis Saxon. capit, eamque non ex causa lucrativa sed veluti jure proprio tenet, quod, ut su- pra dictum, ex translatione in cognatam satis colligere licet. *Carpz. Def. 62. Const. El. 14. §. 4, P. 2.* ut sententiam istam *Ordin. Proc. Saxon. tit. 43. §. 4.* consentaneam esse taceamus. Quod non tantum de ære mariti simpliciter alieno intelligendum, sed & ad illud, quod nomine geradæ contractum, si rem scilicet ma- ritus geradicam emisset uxori que donasset pretio non soluto, ex- ten-



tendendum esse *Goldbec. & Carpzov. l. c.* testantur. Exceptioni tamen locus est, si moto concursu, virum uxori immodicam comparasse geradam, appareat: tunc enim omnes res ejusmodi geradica pretiosiores, quas uxor durante matrimonio ex bonis mariti acquisivit, massæ concursus inferuntur, vel illatis uxoris imputantur, insuperque si cum marito collussisse deprehendatur uxor, illi ne cum amissione illatorum aliorumque jurum arbitrarie puniatur, verendum est, per *§. 15. Mandat. de Banquerut. cujus æquitatem jam ante istud Goldbec. de Ger. c. 9. §. 81. & Carpzov. ad Const. Elect. 14. P. 2. Def. 64. & Philipp. obs. 4. ad Dec. El. 6. aliique agnoverunt.*

(k) Obstat quidem *text. in art. 24. l. 1. Landr. verb. Was auch dieses Ding es verfaßt war, bey des Mannes Leben, das löse der, ob er wolle, dem es mit Recht angehören soll, ex quo Doctorum quidam Geradam a cognatis & uxoribus, sine discrimine, utra illam capiat; neutiquam vero a marito vel ejus heredibus reluendam esse autumant: vid. Goldb. de Ger. c. 9. §. 84. nihilominus tamen putamus, cum maritus nulla inter vivos, nec ultimæ voluntatis dispositione, uxori in ejusmodi rebus præjudicare queat, & qui de re quapiam disponendi facultatem non habet, eandem nec oppignorare possit, *l. 23. ff. §. 1. de liber. caus. l. ult. c. de reb. alien. non alien. textum l. 1. Landr. interpretandum esse de bonis utensilibus vel ab ipsa uxore defuncta, vel cum ejusdem consensu oppignoratis, quæ illi, sicut alias jure domini vendere alianareque, ita & oppignorare omnino licet, gloss. art. 23. Weichb. verb. ob ein Mann, col. 12. quæ insimul rationem reddit: Denn der Todte war es ihr keinen pflichtig noch schuldig bey seinen Leben zu lassen, sondern hätte es gar verthun mögen, cum Carpz. Const. El. 14. P. 2. Def. 63. & Barth. c. 5. §. 8. seq. dicendum videtur.**

(l) Nec indiget heredis traditione, cum etiam vivo marito sit in dominio & possessione uxoris gerada, ita ut eam in alium transferre regulariter possit donando, & eo mortuo habeat jus retentionis; *Goldbec. cap. 8. §. 9. 15. & Barth. Cap. 5. §. 17. quod tamen Const. Elect. 33. P. 3. quodammodo temperatum, locumque solum habet post trigessimum; ita tamen ut si tunc incisi heredibus geradam sumscrit, eo que se hereditati immiscue-*

*Nec laere oppignoratam.*

*Proprio motu vidua Geradam occupare potest.*



rit, inventarium exhibere, vel mediante jurata specificatione, quid quantumque acceperit, indicare & indebitum restituere teneatur. Quo ipso tamen si intra tricesimum propria auctoritate geradæ possessionem apprehenderit, dominium suum in eam non perdit, sed ex mente *Carpz. Def. 4. Const. El. 33. P. 3.* multa arbitraria erit coercenda. Siquidem ex mente *Barthii c. 5. §. 17.* res geradicæ, quas durante matrimonio jam possedit, quarumque domina fuit, si forsan a mariti hereditate separatæ inveniuntur, uxores & sine expensis a detentoribus, vindicare possunt *Ord. Sax. tit. 42. in princ. §. 1. verb. dergleichen wenn etwan ein Weib. & ingleichen was seinem Eheweibe, ac. arg. l. 2. c. de furt.* Obiter hic notandum, foeminam, si intra annum & diem post tricesimum *art. 15. l. 3. Landr.* geradam sibi delatam non petierit, exceptione præscriptionis regulariter a petitione ejus excludi. *art. 28. §. 44. Landr. l. 2. & Weichb. art. 21.* qui textus, quanquam id expresse non probent, glossa tamen hoc inde concludit *Goldb. de Gerad. c. 9. §. 19.* Requiritur vero ad istam Præscriptionem bona fides cum titulo justo. *Barth. c. 8. §. 21. 22.* ignorantiam tamen, infantiam, filiam, & captivam, fatale hoc non obest. *D. Georg. Werner. diss. de success. in Heergewet. §. 15.* & quando hæredes sunt in mora tradendi, damnum, quod evenit, refarcire tenentur. *Richter. de success. ab intest. sect. 1. m. 1. §. 76.* & præscripta denique ad augendam Legitimam massæ accedit, vid. *Dn. Job. Flor. Rivin. diss. de Præscript. Gerad. §. 28.*

#### S. XIV.

*Vidua succedit quoque ex edicto Prætoris, in omnia quandoque mariti bona.*

Tandem vidua superstes (a) ex Edicto Prætoris, unde vir & uxor, omnibus heredibus descendentibus, ascendentibus, & collateralibus (b) imo testamentariis deficientibus, succedit ab intestato in bona conjugis præmortui universa. Nec ab ista successione exinde, quod testamentum conditum fuerit, vel pacta dotalia & jura Provincialia aut Statuta aliud voluerint, excluditur. (c) Quæ omnia se ita habent, si maritus amplius facultatibus relictis, decesserit. Ast quid dicendum, si bona eum deficiant, vel si obierit obæratu? an igitur adeo sterile existit matrimonium, ut nullus plane in viduam redun-



redundare debeat fructus? neququam ita existimandum *aliisque gaudet beneficiis.*  
 erit; siquidem & tunc variis gaudet beneficiis ac privilegiis  
 vidua Lipsiensis. Nam mariti nomen, dignitatem, domici-  
 lium, forum ac pleraque ejus jura retinet tam diu, quam diu  
 non alii nupserit viro. l. 1. § 13. c. de Dignit. & l. 8. ff. de Senat,  
 hinc viduæ Professorum Acad. Lips., nec non ministrorum  
 eccles. & scholarum ab onere hospitii militibus præstandi,  
 ratione ædium, quas inhabitant (d) immunes sunt, & illis  
 quotannis vel singulis mensibus, loco vestigialis, quod pro  
 rebus confutabilibus pendendum est, æquivalens summa,  
 vel id redditur, quod dederunt. (e) Viduæ porro nostræ  
 volenti præ aliis liberorum consanguineis, avo tantum pa-  
 terno excepto, si eam suscipere velit, tutela defertur, eam-  
 que constitutore adjuncto, donec alii nupserit viro, admini-  
 strat: (f) ejusque gestæ ab alio administrationis, rationes  
 illi communicantur, & si quid moneat, auditur. (g) Deinde  
 viduæ mercatoris, collegio quod vocatur *die Examer-Zan-  
 nung* addiæti, conceditur, mariti negotiationem usque tum  
 ad secundas nuptias transeat, continuare: (h) Quod tamen  
 Privilegium, si ab alio qui non est in illo collegio *der Examer  
 Zannung* in matrimonium ducatur, penitus amittit. (i) Insu-  
 per a duodecim junioribus ejusdem collegii membris, effertur  
 cadaver ejusmodi viduæ si moriatur. (k) Viduis etiam  
 eorum qui pannis mercantur, *die Suchhändler*, quamdiu viro  
 secundo, ejusdem negotiationis haud capaci matrimo-  
 nii fœdere non junguntur, per institorem eam exercere  
 permittuntur; (l) ita ut etiam ad canonem Regi nostro pro  
 concessione dictæ negotiationis exercenda, quotannis sol-  
 vendum, non nisi pro dimidia conferre (m) teneantur. De-  
 nique viduis pauperibus, si videlicet illatorum & donatio-  
 nis propter nuptias ergo, actionem movere necesse habeant;  
 obstringitur reus, pro ratione circumstantiarum & judicis  
 arbitrio, sumtus totius processus suppeditare. (n)

(a) In vidua enim eadem, quæ supra de viduo dicta, non tantum vi  
 correlatorum obtinent; ita ut illa etiam in universa defuncti ma-

*Success. etiam  
 in universa  
 mariti bona  
 vidua compe-  
 tit.*



rity hereditate, nullis existentibus agnatis vel cognatis, sola succedat & fiscum excludat; sed etiam expressa juris civilis & Saxon. dispositione, tam *ex Edict. unde vir & uxor*, quam *art. 58. Weichb. verb. Dasselbe thut der Mann mit seinem Theile auch*. succedat.

*Collateral.  
successio obti-  
net in infini-  
tum.*

(b) Collateralium vero successio tum per *Nov. 118. cap. 3. §. 1.* tum per *§. 3. Inst. de legitim. agnat. success.* sibi ut *supra §. 2.* diximus, locum vindicat in infinitum, nec isti opinioni obstat *L. 1. art. 3. Landr.* ubi die Sipp endet sich in den siebenden Gliede Erbe zu nehmen. Textus enim ille, ut experientia & Doctores testantur, nunquam in Sax. receptus est, *vid. Dn. Erisius l. c.* Nec inde existimandum, collateralium defectum ita nunquam extitutum. Potest enim casus, quem *Stryckius de succ. ab intest. diff. 4. c. 1. §. 6.* non sine fundamento fingit, dari, quo quis imprimis in gradibus remotioribus, cognationem probare non possit; item si conjuges in loco domicilii sint peregrini, quales apud nos exules gallici existunt, siquidem in successioinum materia non de graduum proximitate, sed tantum cognatione, quaritur; ut etiam hinc investigatio & ignotorum citatio non sit necessaria; hac enim b. p. nemini melius jus habenti quid aufertur. *v. Dn. Friedr. Eries. disp. de b. p. unde vir & uxor, §. 21. seq.*

*Nec ab ista  
success. vidua  
per testam.  
statuta, vel  
pacta dotal.  
excluditur.*

(c) Si enim testamentum ruptum, destitutum vel irritum redditum sit, vidua vigore hujus remedii ab intestato succedit. Quod etiam observatur, si pacta dotalia statutaque de hereditatis quota disponant. Sicut enim illis id intenditur, ut concurrentibus aliis heredibus conjux aliquid accipiat, nec in totum excludatur, ita & illis deficientibus dicendum, Statutis & pactis dotalibus eo tempore, quo inita, de hoc casu non fuisse cogitatum. *Dominus Eries. d. l. §. 17.*

*Vidua Profess.  
for. & c. ab  
onere hospitii  
immunes sunt.*

(d) *Churfürstl. erneuete Ordonantz de An. 1692. §. 6. verb. Sonsten soll ic. die Professores auf Universitäten und ihre Wittben ic. jedoch nur von den Häusern so sie bewohnen, nicht aber von andern, so sie vermietthen, befreyet seyn, eum limitatione tamen, nisi commercia civibus competentia exerceant, verbis:* so keine Bürgerliche Nahrung treiben, *vid. Cod. Aug. Vol. 1. p. 2064.*

*item ab onere  
velligalis, der  
Acise.*

(e) *Accis-Ordn. de Anno 1707. Allgemeine Regeln verf. Die Professores auf Universitäten, wie auch die Geistl. Schul- und Kirchenbediente, nebst derer Wittben, sind vor ihre Haus-Consuntion*

zwar



zwar von der *Accise* befreuet, iedoch ic. Dessen Wiederersetzung so viel es beträgt, oder nach Befinden ein *Aequivalent* dafür aus der *Accis*-Einnahme Monatl. hinwieder zu gewarten, cum jam dicta tamen limitatione vid. *Cod. Aug. Vol. 2. p. 1939.*

- (f) *Ordinat. Lips. tutelari §. und ob wohl sonst 4. verb.* So soll ihr dasselbe verstatet, und vor andern derselbigen Bluts-Freunden ausserhalb des Väterl. Groß-Vaters vertrauet werden; porro ihr alsdenn ein Vormund zugeordnet; & tandem würde sie aber sich anderweit vererlichen, so soll nach beschehener Rechnung, die sie noch vor den ehelichen Beylager zu thun schuldig seyn soll, die Vormundschaft von ihr genommen ic.
- (g) *Ordinat. Lips. tutel. §. 26. vers.* So soll auch der Unmündigen Mutter, wenn dieselbe nicht selbst verwaltet, von der Rechnung, so die Vormünde den *Deputirten* thun, Abschrift mitgetheilet ic. ob sie etwas nothwendiges darinne zu erinnern haben mögte, damit sie denn auch gehöret werden sollen.
- (h) *Cramer-Innungs Art. §. 5. vers.* Stürbe aber ein *Cramer-Innungs*-Verwandter, so soll dessen Eheweib, so lange sie ihren Wittwen-Stand unverrückt behält, sich der *Cramerey* und *Innung* zu gebrauchen befugt seyn.
- (i) So bald sie aber ausserhalb der *Innung* verhehliget, derselbigen ganz verlustig seyn. §. *jam citato §.* quæ tamen privatio ad viduas cum quibus graduati, Senatores, aliique eminentioris ordinis viri, qui nullius ejusmodi collegii membra sunt, die in keiner absonderl. *Innung* begriffen, nuptias contrahunt; si mercatorem nova conjux prioris mariti heredum nomine continuare, suoque secundus maritus munere fungi velit, non extendenda est. *verb.* Würde aber eines *Cramers* Wittwe eine *graduirt* ic. *ib.*
- (k) *Cramer-Innungs Artic. §. 21.* Wenn ein *Innungs*-Verwandter oder dessen Haus-Frau mit Tode abgehet, sollen die 12. jüngsten *Cramer* sich einfinden, und die Leiche zu Grabe tragen.
- (l) Denen Wittwen soll so lange sie in ihren Wittwenstande unverruet verbleiben, ihres verstorbenen Ehewirths Handlung durch einen Diener und Jungen zu *continuiren* frey stehen, da sie aber ausserhalb der *Zuchhandlung* und an eine solche Person, welche derselben nicht fähig, sich verheyrathen würde, so soll ihr ferner des

*Viduae tutela liberorum defertur.*

*Illaque si circa rationes gestæ tutel. quid monet auditur.*

*mercatoris viduæ ejus negotiat. continuare permittitur.*

*quod privilegium nubendo amittit. excepto.*

*a junior. eadem ver viduæ defertur.*

*viduis deere Zuchhändler negotiat. per insitior. exercere conceditur.*



*Ad canon. pro negotiat. solvendum pro dimidia tantum concurrunt.*

*viduis aëtrici-bus reus ex-pensas proces-sus suppeditare tenetur.*

*Ad jus istud obtinendum requiruntur, tori consensio, benedict. sacer-dot. & juste nupt.*

*Juste nuptie quæ sint?*

Zuches und Gewandschnittes sich zu gebrauchen nicht vergönnet werden. *vid. Leipz. Tuchhändler-Zunung §. 10.*

(m) Leipz. Tuchhändl. Zunungs-*Art. §. 20.* Die Wittwen und Unmündigen ausgenommen, welche so lange sie ihren Stand nicht verändern nur die Helffte beytragen.

(n) *Ord. Proc. Sax. ad Tit. 1. §. 12. verb.* Ingleichen von einer Wittwe, nach ihres Ehemanns Tode, ihres Einbringens und Gegen-Vermächtnisses halber geklagt würde, als in welchen und dergleichen Fällen die Befl. nach Befinden und auf des Richters Ermessen oder eingeholter rechtl. Erkenntnisses den baaren Verlag in ganzen *Process* alleine zu thun und abzustatten haben.

### §. XV.

Postquam igitur omnes, quotquot occurrunt casus, quibus maritus uxori, uxorque marito hic Lipsiæ succedere, alterque conjux ex alterius hereditate sibi quid acquirere potest, contemplati sumus; restat, ut etiam illa, quæ ad jus successione conjugibus dandum, necessario requiruntur, consideremus. Frustra itaque & Lipsiæ de successione conjugum quæritur, nisi nuptias justas perfectasque (a) & per copulam sacerdotalem (b), thorique (c) consensionem consummatas fuisse constet; ita ut quotiescunque consensus contrahentium, aut benedictio sacerdotalis, aut tori consensus deficit, conjux conjugi non succedat. (d)

(a) Ad nuptias perfectas & legitimas, requiritur 1) contrahentium consensus, *l. 30. ff. de Reg. Jur. qui debet esse verus, liber & certus. c. 14. & 15. extra de sponsalibus.* Hic enim est anima quasi & essentia matrimonii *c. tua fraternitas 26. x. de spons.* deinde 2) observatio rituum ecclesiasticorum & hinc publica desponsatorum proclamatio *c. 3. x. de clandest. despons. ordin. matr. Saxon. tit. gener. von Ehe-Sachen special. von der Copulation §.* Es sollen aber die Personen; ac tandem 3) consensus eorum, qui extant, parentum, tam patris, quam matris, tam avi quam avie, *Ordin. matr. Sax. tit. gen. von Ehe-Sachen spec. von Ehe-Gelöbnissen desiderant.*



rantur, quod tamen ut *Bergerus a con. jur. l. 1. T. 3. §. 6. n. 3.* animadvertit, non copulative & conjunctive, sed subordinate & salva sexus prerogativa accipiendum, *a. l. 195. §. 2. ff. de verb. signif.* cum deficiat nempe pater, siquidem hujus intentio & consensus, quamvis dissenferit mater, prævaleat. Iste parentum consensus mihi magis de honestate quam de necessitate esse videtur, quod posterius etiam de proclamatione publica cupimus intellectum. Indeque concludo, quod 1) nuptias ea omissa invitatisque parentibus contractas, & benedictione sacerdotali firmatas, iterum dissolvi, nullibi jubeantur, prouti tamen juberi deberet, si consensus de essentia foret, quodque eo omisso & proclamatione non observata, 2) matrimonium ea propter non nullum sit, sed plenum effectum producat, non secus atque legitime contractum, nisi quod contrahentes puniri, & a parentibus in totum vel pro dimidia parte legitimæ exheredari possint. *Ordin. matrim. Sax. tit. von Ehegeldbüssen §. und da sie hierüber, & Stryck, Tr. de succ. ab int. diss. 4. c. 1. §. 8. & c. 3. §. 5.* quod 3) duæ penæ in eandem personam regulariter non cadant, & quod 4) sententia nostra, cum juris canonici doctrina, quo matrimonium parentum consensu omisso irritum neutiquam redditur *ar. can. 3. c. 30. q. 5. cap. 1. X. de nov. oper. nunc. exacte conveniat, per can. 1. & 3. caus. 30. qu. 5. cap. fin. extr. de clandest. desponsat.*

(b) Conferatur *Ordin. eccles. Saxon. art. gener. 13. & Ordin. matrim. punct. 5.* Es sollen aber diese Personen, zuvor 3. Sonntag nach einander öffentlich aufgeboten, wenn keine Hindernisse befunden, alsdenn eingeseget und zusammen gegeben werden. *& const. El. 24. P. 2. verb.* Daß von Zeiten der vollzogenen Ehe, und also wenn der Kirchgang geschehen. *Ut enim conjugium omnibus numeris sit perfectum & absolutum, omnesque veri & completi matrimonii effectus producat, ultimus ad consummationem ejus accedat actus, qui hodie in copulatione ac benedictione sacerdotali consistit, tanquam in conjugii requisito formali, ait Carpz. L. 2. T. 8. Def. 142. Jurispr. Confistor. & ibidem: Copula & benedictio coram facie ecclesie sacerdotalis necessaria est, qua in orbe Christiano successit hodie in locum deductionis sponsa in domum, nec, vel saltem ex jussu ecclesie, omitti potest. d. Ord. eccles. Sax. addatur spec. Sax. L. 3. art. 45. ibid.*



ibid. Der Mann ist auch Vormunde seines Weibes, zu Hand als sie ihm getrauet wird. vid. *Philipp. ad Dec. Et. 49. Obs. 1. & Obs. 2. §. 36. seq. & alius*, inquit *Stryckius, successio statutaria assignari non potest, nisi quos & ipsum statutum conjuges revera agnoscat, tales vero non sunt, nisi sacerdotali copula accedente. Tr. de succ. ab int. Diff. 4. v. 3. §. 6.*

*Et consensio  
tori conjugal.*

*non concubi-  
tus.*

*Hinc desponsati  
exclud.*

*ex injusto &  
imperfect. ma-  
trim. nihil ca-  
pitur.*

*Hinc despons.  
exclud.*

(c) *Juxta Spec. Sax. L. 1. art. 45. ibi, und sie (das Weib) ist sein (des Mannes) Genösin, und tritt in sein Recht, wenn sie in sein Bette tritt. & L. 3. art. 45. ibi, Das Weib ist auch ihres Mannes Genösin, alle der Ehre und Würdigkeit, die der Mann hat, zu Hand als sie in sein Bette tritt. Hos textus tam ex regulis bonæ interpretationis, quam e correlatorum natura, etiam in marito locum habere, dicendum; quo cum consentit Gloss. lat. ad text. spec. Sax. L. 1. art. 31. lit. g. pro L. 3. art. 76. lit. c. in fin. nobisque hac de re eo minus dubitare licet, cum constit. El. 19. P. 3. ibi: Unsere Verordnere halten dafür, daß der Dertter, da Sachsen Recht gehalten, das Venlager oder das Bette beschritten erfolgen muß. Wenn dasselbige geschehen, und eines stirbt, so soll alsdenn dem überlebenden das folgen, was die Ehestiftung, Statut, Gewohnheit oder das Recht ihm giebt. Necesse vero non est concubitum seu copulam carnalem accessisse, quia jura nostra ingressum thori legitimum tantum requirunt. Nec sponsus ex bonis sponsæ a se impregnata, si ante copulam sacerdotalem deceaserit, aliquid lucratur, quia non quævis lecti ascensio, sed legitima ac justa tantum matrimonium consumat, qualem per commixtionem carnalem, ante copulationem ecclesiasticam & diem nuptiis solennibus destinatum, factam esse, dici neutiquam poterit, ut haud obscure apparet, ex hac constit. 19. §. und obwohl est. sed pronunciat, daß der Bräutigam die Decken nicht, wie es das Land Recht erfordert beschlagen. vid. *Berger. æcon. jur. L. 2. Tit. 4. §. 43. n. 2. Carpz. ad const. El. 19. P. 3. def. 4. & 6.**

(d) *Justum enim matrimonium & secundum leges contractum §. 12. J. de nupt. esse debet. Ita, ut ex injusto, nec ex testamento, nec ab intestato, nec alio modo aliquid capi possit. l. un. ff. unde vir & uxor. Hinc sequitur, nuptias inchoatas, quales sunt sponsalia per cap. 22. x. de sponsalibus, ad successionem non sufficere;*

Qua



Qua de re olim quidem dubitatum fuisse, *constit. El. 19. P. 3. verb.* Und ob wohl etliche der Meinung sind, da die Braut an Hochzeit Tage stürbe, wenn gleich das Bette nicht beschriften, daß auch solches zu Sachsen Recht genung seyn soll, restatur, & dubium hoc insuper ita, ut consensio sit necessaria daß das Beylager oder das Bette beschriften erfolgen muß, decidit. Requiritur porro, si conjux Lipsi. conjugii ex edicto unde vir & uxor succedere velit, ut etiam matrimonium ad tempus mortis duraverit, *Lun ff. unde vir & uxor*, ita ut etiam hoc ex capite sponsum sponfamque secus ac *Berger. Dec. jur. L. 2. T. 4. §. 42. n. 2.* contendit, quem ipsum olim in *Diss. de legitima mariti §. 27.* aliter sensisse deprehendo, excludendos esse ab illa edictali successione, omnino opinemur. Quocum consentit non modo *Carpz. ad const. El. 19. P. 3. D. 1. 2. sed & ipsa const. El. cit.*

## §. XVI.

Certi indubitatiq; juris est, successionem in bona immobilia, secundum statuta loci rei sitæ, (a) in mobilia vero, secundum statuta loci, quo defuncti conjuges domicilium habuerunt, fieri. At cum hic Lipsiæ diversi ordinis discrepantisque conditionis conjuges per plures existant, qui vel foro privilegiato gaudent, vel alienæ jurisdictioni subjecti sunt; an hi omnes & quatenus ad successionem, quam Lipsiæ obtinere diximus, admitti queant, par est considerare. Quemadmodum vero cujusvis loci statuta ejus tantum subditos (b) ligant; ita etiam civibus, (c) cum primis oppidanis & suburbicariis (d) & qui onera civium ferunt incolis, (e) ubique, quo se civitatis nostræ districtus, das Weichbild, extendit, habitantibus, uno conjugum mortuo, successio secundum civitatis nostræ statuta defertur. Nec aliud quid in successione conjugum apud Academiam nostram, (f) observatur, sed uno eodemque modo, cum municipibus Lipsi. etiam cives Academici Lipsi. in successione conjugum se habent, ita quidem ut ad successionem conjugum eo modo, quo Lipsiæ istam generaliter obtinere deduximus, tam Professores, Doctores aliique Academici, quam Clerici, consiliarii & officiales

*Aliter in im-  
mobil. aliter in  
mobil. succedi-  
tur.*

*quenam per-  
sonæ modo  
hætenus ex-  
plicato succe-  
dant, quæri-  
tur?*

*cives, incola  
nempe & sub-  
urbic.*

*Cives Acad.  
Lipsi. Profess.  
Doctores. Cleri-  
ci, Official. &  
Consil. Princ.  
una cum urbic-  
ribus.*



*Forens. vero,  
Nobil. & sub-  
diti Præf. ex-  
cluduntur.*

les Principum (g) dummodo domicilium suum hic habeant, ac Senatus vel Academiae civibus aliquando adscripti fuerint, una cum eorum uxoribus (h) admittantur; ab illa vero forenses, Nobiles, subditi quæ Præfecturæ Lipsiensis, alique penitus excludantur. (i)

*In success. im-  
mobil. atten-  
ditur forum rei  
sitæ.*

(a) In bonis immobilibus obtinebit successio secundum statuta illius loci, ubi bona sunt sita. Sub jurisdictione enim illius judicis sunt, *L. 1. & ult. C. ubi in rem act.* ergo quoque statutorum dispositioni illius loci erunt obnoxia *Stryck. de succ. ab int. D. 1. c. 4. §. 1.* De quare habemus quoque *Dec. El. 54. verb. Daß die Grund-Stücke oder Immobilien, nach des Ortes darunter sie gelegen, Statut. und Herkommen in allen Fällen zu achten;* Quoad bona mobilia vero ratione successionum statuta illius loci attendenda sunt, ubi domicilium defunctus *l. 2. C. de jurisdict.* habuit, quia mobilia in certo loco sita non dicuntur, sed potius personam sequuntur *Stryck. c. l. §. 2. & domicilio adherent, ceu accessorium suo principali l. 2. ff. de pecul. legat. vel tanquam essentialia rei suæ quam constituunt l. 7. §. 6 ff. de pact. Carpzov. Jurispr. consist. l. 3. T. 1. Def. 8. quod extenditur quoque ad nomina & jura. Carpz. Defin. 14. P. 3. Const. Elect. 32. & ad Geradam Id. const. 14. P. 2. D. 5. 4. ergo si civis Lipsi commerciorum causa Argentoratenfis, sed Lipsiens. Statuta attendi debere, ait Carpz. Def. 13. Const. 12. P. 3. Quilibet vero præsumitur velle bona sua devolvi, juxta Statuta loci domicilii, *Philipp. ad dict. Dec. Elect. 54. Obs. 1. n. 18. & hinc si defunctus in locis diversis domicilium habuerit, electio, quoad res mobiles est heredis l. 2. §. 3. de eo, quod certo loco. Berger. a con. jur. L. 2. T. 4. §. 46. N. 6.**

*Statuta subdi-  
tos tant. ligant.*

(b) Statuta non nisi subditos ligant *l. 9. ff. de just. & jur. c. a nobis x. de sentent. excommun. Philipp. d. 1. Obs. 2. n. 3. & Carpz. def. 17. constit. 12. P. 3. n. 3. Statutum enim civitatis, homines extraneos, qui incolæ non sunt, inquit Carpz. Def. 53. C. 14. P. 2. constringere non potest, nec quisquam legibus aut statutis obligare eos velle, qui ipsi non sunt subditi, censetur.*

(c)



(c) Cives sunt qui in aliqua civitate jus civitatis, quod consistit, *Cives qui & quotuplices.*  
 in participatione omnium commodorum incommodorumque  
 privilegiorum, immunitatumque; onerum statutorumque, quibus  
 civitas utitur, fruuntur, acquisiverunt. Dividuntur in origina-  
 rios & voluntarios. Originarii sunt vel vere, vel ficte tales.  
 Vere tales sunt, qui natiuitate ipsa a patre in loco, in quo domici-  
 lium ipse habet, vel eo deficiente, in loco originis ejus, etsi per  
 accidens in alio loco nascantur, jus civitatis consequuntur. *L. 6.*  
*§. 7. & utr. & L. 17. §. 13. ff. admunicipal. & L. 3. C. de municip.*  
 Voluntarii vero fiunt per Allectionem *L. 7. C. de incol.* quum in  
 numerum civium recipiuntur. Utrique tamen statutis & con-  
 suetudinibus civitatis receptis obstringuntur, forum ibidem for-  
 tiuntur, rebus commodisque civium, honoribus ac defensione  
*L. 29. ff. admunicipal. & l. 2. §. 1. ff. de vacat. & excus. immner. fruun-*  
*cur.*

(d) Distinguntur quidem a civibus suburbicarii, contenditurque *Urbium jure*  
 hinc olim *contra Carpzov. Schiltnerus*, incolas suburbiorum re-  
 gulariter cum veris civibus, iisdem privilegiis non gaudere. *suburbia.*  
 Ast cum quod juris est in civitate, idem etiam obtineat in villis  
 ad civitatem pertinentibus, *l. qui ex vico 30. ff. admunicipal. l. 28.*  
*§. 4. C. de episcop. & Cler.* & sub civitatis nomine non tantum  
 loca, aedificia & structuras, sed & viros, ordinationes & jus intel-  
 ligamus, quo universi cives horumque bona comprehenduntur,  
 quo sensu etiam Romæ fieri dicitur, non tantum quod intra mu-  
 ros, sed etiam extra eos sit intra continentia, *L. 2. 37. 239. §. urbs. ff.*  
*de verb. sig. l. 1. §. 20. de aqu. plu. arc.* verius omnino hodie est  
 suburbia jure urbium uti. *vid. Berger. Oecon. jur. L. 1. T. 2.*  
*non §. u.*

(e) Incolæ sunt, qui in loco quodam, rerum ac fortunarum sua-  
 rum laudem ac summam & domicilium quidem, unde rursus si ni-  
 hil avocet, non sint discessuri, constituerunt, *l. 7. C. de incol.* jus  
 tamen civitatis non acquisiverunt. Nobis dicuntur, *Schus*  
*Berwandte, Zeddel-Leute*, qui annuatim pro protectione cer-  
 tam solvunt pensionem, ad eosque referimus Italos Gallosque,  
 qui posteriores imprimis in persecutione gallica emigrarunt,  
 alios-  
*incolæ quoque success. statu. gaudent.*



aliosque. Cum vero hi omnes in loco incolatus quidem oneribus subjiciantur & conveniri possint, sed honoribus atque suffragiis non fruantur; vel maxime dubium videtur, an & ad successione nostram admitti possint? Ast & hi largo quodam significanti modo inter cives voluntarios per affectionem incole habentur, *l. 190. ff. de V. S. & Berg. Oec. jur. L. 1. T. 2. §. 9.* oneraque civium ferunt, nec se illis subducere queunt, *l. 29. ff. de municipal.* & hinc cum incommoda subeant, etiam commoda sentire debent, unde & *Carpzov. Def. 53. Const. Elect. 14. P. 2.* cives pariter & incolas Lipsiæ nostræ ejusdem statutis gaudere statuit, quod quoque ex *Dominorum Scabinorum ibidem adducto deciso apparet*, ubi forenses tantum excluduntur; & ex confirmatione statuti nostri de gerada, de anno 1672. satis elucescit, ubi quod statutum nostrum civium pariter & incolarum gratia introductum sit, dicitur: *Was massen sie vor nöthig, und denen Bürgern und Einwohnern daseibst juträglich befinden.* *vid. Beierus in Volckm. emend. P. 3. c. 19.* Quibuscum non modo *Barthius tr. de Gerada cap. 2. §. 16. 17.* consentit, ac novissimas quasdam sententias Dominorum Scabin. & Allessi. Facult. quæ rem istam ita deciderunt, adducit; sed & istam opinionem Jctos Wittenberg. intuitu successione Lipsi. fovere, restatur *Berger. Oecon. jur. L. 2. T. 4. §. 40. n. 10.* & nos successione eam, quæ Lipsiæ inter conjuges usu venit, cum omnibus, quæ in ea sunt præcipua, ad incolas quoque extendendam esse sentimus.

Academici cives eodem modo succedunt.

(F) Non quidem, quasi Academici Statutis civitatis nostræ obligentur. Nam cum statuta suos tantum subditos ligent; apparet, iisdem Academicos ob forum eorum privilegiorum non obstringi *l. 2. de incol. & l. ult. ff. de jur. iudict.* sed inde Academicorum cum civibus municipalibus eadem est inter conjuges successio, quod 1) quoad successione viduarum mortuis maritis, Potentissimus Rex noster statutum Academicæ, quod quidem cum Senatorio Lipsi. circa hanc materiam; ubique convenit, & illi de verbo ad verbum respondet, novissime Anno 1729. renovaverit vel sane confirmaverit, quod hujus est tenoris: Wir se-

hen



hen und verordnen demnach in Krafft dieses, daß wenn ein Mann verstürbe, welcher mit seinem Weibe keine Eheverbindung errichtet, das Weib die Freyheit und Willkühr haben soll, entweder ihr eingebrachtes Guth wieder zu fordern, oder nach Einwerffung ihrer Güther, aus ihres Mannes Verlassenschaft den dritten Theil nebst der vollen Gerade zu nehmen. Et quod 2) quoad successionem in Gerada, ad Academiae voluntatem Senatus Lips. confirmatione Serenissimi desuper impetrata, se conformaverit, ut ex verbis confirmat. d. Anno 1672. quam vide in *Beieri Volckmanno emend. P. 3. c. 19.* worzu sie denn um so viel mehr veranlasset worden, weil seit dem die Universität daselbst dergleichen auch aufgerichtet, darinne aber etwas weiter als Sie der Rath gegangen, mit welcher sie sich nunmehr conformiret, damit in Zukunft auf begehende Fälle, zwischen beyderseits Bürgern und Universitäts-Verwandten hierunter eine Gleichheit gehalten werde; colligitur.

(g) Clericos item, Confiliarios & officiales Principum, Geradae, *Clerici quoque uxoris eorum defunctis, capiendae, in qua potissima Statutorum nostrorum pars consistit, capaces esse, si domicilium suum hic fixerint & vel Senatus vel Academiae cives aliquando fuerint, Barth. tr. de Ger. cap. 2 §. 16. & 40. nisi foro illi expressis verbis renunciaverint, quod tamen non praesumitur; asserit, sicque judicatum fuisse refert.* *consiliar. & official. Princip. nostra gaudent successione.*

(h) Quod generaliter verum esse putamus, tum, quia *Const. Elect. 20. Una cum eorum uxoris.* P. 3. quomodo vidua mariti suo, vel in tertia vel quarta hereditatis succedere debeat, expresse disponit, nec ullam inter ignobiles cuiuscunque sint conditionis, facit distinctionem, sed potius easdem *Mandat. Elect. de An. 1606.* cuius supra §. u. lit. b. mentionem fecimus, ad portionem statutis determinatam praecise adstringit. Unde sequitur, easdem simpliciter secundum statuta Lipsiensia si mariti domicilium suum ibidem habuerunt, succedere. Quod uti circa foeminas Clericorum tam in genere, quam in specie hic Lipsiae observari *restatur Carpz. Jur. impr. Consist. l. i. Def. 177. & 213.* ita & de ceteris viduis eo minus dubitandum erit, quin ita se res habeat.



*Nobiles foren-  
ses & subditi  
Præfæct. ex-  
cluduntur.*

(1) De forensibus & subditis Præfæcturæ Lipsi. quod illi jure civium Lipsi. succedere non possint, nullum fossan dubium supererit, cum subditi civitatis non sint, & hinc etiam ejusdem privilegiis & juribus non uti queant, *ut probat Carpz. Def. 53. P. 2. c. 14. & P. 3. Const. 12. Def. 16 cumque eo Barthius tr. de Gerad. c. 2. §. 16.* Contrarium ratione Nobilium, si hic commorari eos contigerit, non affirmandum erit; inde quod nec ad cives, nec incolas propriè referri possint, nec onera eorum ferant, nec ut alii incolæ certam pensionem solvant, sed ut peregrini & forenses duntaxat hic versentur. Quem quoque in modum pronunciarum fuisse in *Oecon. jur. l. 2. t. 4. §. 40. not. 15. Berger testis est, habetque consentientem Barthium l. c. §. 20.* Nec tamen verendum, ut mihi videtur, fore ut casus hic de successione Nobilium secundum statuta Lipsi. facile sit exiturus; cum illis ex privilegio Serenissimi Electoris Mauriti de *An. 1546.* facultas immobilia hic emendi, & ædes totas conducendi, nisi jus civitatis simul acquirant & onera ferant, sit adempta, *verb.* Wenn aber die von der Ritterschafft, das Bürger-Recht vor sich selbst annehmen, und Bürgerliche Pflichten leisten, und gleich denen andern Bürgern und Einwohnern, alle Bürgerliche Last und Bürden mit tragen. Mandatum integrum exhibet *Barth. Hodoget. for. c. 1. §. 90. not. 9.* Hinc fit, ut domicilium suum raro vel nunquam hic constituere soleant,

§. XVII.

*Amittitur ite-  
rum hæc conju-  
gum successio.*

Hæc itaque conjugum successio iterum vel consensu (a) amittitur, vel delicto: (b) Quæ tamen si conjugum accedat remissio tacita (c) vel expressa, (d) effectu suo iterum destituuntur. Ast cum in statutis nostris de amissione successione conjugum nil disponatur, casusque iste dispositioni juris communis & provincialis relinquendus (e) sit; benevolam Lectorem eo remittentes, filum abruptimus, dissertationique nostræ finem imponimus.

(a)




- (a) Qui e. g. declaratur in pactis dotalibus, cum provisio hominis tollat provisionem legis. *Nov. 22. c. 2.* quæque pacta successioni conjugum statutaria præferenda per *Const. Elect. 20. P. 3. verb.* Wenn zwischen Eheleuten Ehestiftungen beredet und ausgerichtet, daß denselben nachgelebet werden soll. Ratione tamen uxoris eam antea de renunciationis contentis & significato certioratam esse debere requirit. *Barth. Hodeg. for. §. 22. c. 3. lit. e.* Posse etiam maritum successioni mobiliari uxoris defunctæ, in gratiam liberorum renunciare, *statuit, Berger. Oec. Jur. L. 2. tit. 2. §. 34. n. 21. aliqua*: in cujus thesæos veritatem *Dissert. de repudiatione hereditatis a debitore moto concursu creditorum facta, accuratius inquirere dignum putavit Dominus D. Kunbold. Lips. 1724.* *Amittitur succ. consensu.*
- (b) Delicta quibus successio Portionis statutariæ amittitur, hinc & inde apud Doctores invenies recensita. Ne igitur acta agere videamus, provocamus ad *Dñi. Bastineller doctissimam dissertat. de Successione Vidui Halensis*, ubi longam eorum seriem, ex *Pandectis, Novellis, Glossa, spec. Saxon., Const. Elect. & Respons. JCorian §. 19. & de Success. vidue Halens. c. 1. §. 29. notat. ut & ad Carpz. ad Const. El. 26. P. 3.* *Amittitur delicto.*
- (c) Si per annum forsan ante obitum quiete invicem vixerint, cum injuria, etiam vel sola dissimulatione tollatur *§. ult. J. de injur. l. si non convicii 5. C. de injur.* vel si, adulterium cognitum quidem illis fuit, tacuerunt tamen & cohabitaverunt: vel si in testamento alter alteri quid reliquit. *verbis Const. El. 26. P. 3. oder in seinem Testament nachfolgendes etwas vermacht.* *Delictum remittitur tacite.*
- (d) Si itaque mulier sit reconciliata marito, dotem vel dotalitium iterum petere potest. *cap. 4. extra de Donat. inter vir. & uxor.* quod convenit nostro juri *Elect.* ubi dicitur, quod si defunctus superstiti delictum remisit condonaveritque, a successione ille non excludatur. *Oder der verstorbene Ehegatte hätte den schuldigen Theil bey seinem Leben verziehen, Const. El. 26. P. 3.*
- (e) De quo imprimis *Const. El. 26. P. 3.* agitur, ibique portio nem statutariam amitti, si conjux conjugem malitiose deserat, vel gravi morbo *Quæ ad priv. port. stat. requirantur.*









Farbkarte #13

B.I.G.

*h. 89, 2.*

*X 2346498*

Yc  
4945

DISSERTATIO INAUGURALIS  
JURIDICA  
DE  
SUCCESSIONE CONJUGUM  
LIPSIENSIIUM  
QUAM  
ILLUSTRI  
JURE CONSULTORUM ORDINE  
CONSENTIENTE  
IN ACADEMIA PATRIA  
AD  
CONSEQUENDOS DOCTORIS  
IN UTROQUE  
JURE HONORES  
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
GODOFREDUS LEONHARDUS  
JÖCHER

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

LIPS.

D. XII. APRIL. MDCCXXXI.

LIPSIÆ  
TYPIS GEORGII SAALBACHII.

*25.*